

PfA Münster

St. Ludgeri

DS 1226

Breviarium Romanum, Pars Verna

1913

Bistumsarchiv

Münster

Depositum

Franz Reidick
1912

Kevelaer



Factus in agonia, profertis orabat. Luc. XXII. 43

Breviarium Romanum

ex decreto SS. Concilii Tridentini resti-
tutum, S. Pii V. Pontif. Max. jussu
editum, Clementis VIII., Urbani VIII.,
Leonis XIII. auctoritate recognitum,
et a SS. D. N. Pio PP. X. reformatum

Pats Verna



— ROME — TORNACI — PARISIIS
Typis Societatis S. Joannis Evangel.

DESCLEE & SOCI

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congreg. Typogr.



Sanctus in agonia profertus orat. Luc. XII. 43

Société St Augustin

Breviarium Romanum

ex decreto SS. Concilii Tridentini resti-
tutum, S. Pii V. Pontif. Max. jussu
editum, Clementis VIII., Urbani VIII.,
Leonis XIII. auctoritate recognitum,
et a SS. D. N. Pio PP. X. reformatum

Pars Verna



ROME — TORNACI — PARISIIS

Typis Societatis S. Joannis Evangel.

DESCLEE & SOCI

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congreg. Typogr.

THOMÆ de Aquino, Conf. et Doct.	7 Mart.	529
Tiburtii, Valeriani et Maximi Mart. commem.	14 April.	599
Titi Episc. et Conf.	6 Febr.	493
UBALDI Episc. et Conf.	16 Maii.	689
Urbani I, Papæ et Mart. commem.	25 Maii.	703
VALENTINI Presbyt. et Mart.	14 Febr.	514
Venantii Martyris	18 Maii.	693
* Viginti sex Martyrum Japonensium	5 Febr.	[358]
Vincentii Ferrerii Conf.	5 April.	589
Vitalis Mart. commem.	28 April.	614
Viti, Modesti, atque Crescentiæ Mart. comm.	15 Junii.	738



OFFICIA PROPRIA
SANCTORUM

Dioecesis Monasteriensis

A SACRA RITUUM CONGREGATIONE

APPROBATA.

Pars Verna.

ROMÆ — TORNACI

Typis Societ. S. Joannis Evangel.

DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

S. Sedis Apost. et S. R. C. Typograph.

1903

APPROBATIO
Sacrae Rituum Congregationis.

MONASTERIEN.

Reverendissimus Dominus Joannes Georgius Müller Episcopus Monasteriensis, gnarus, inter pastoralia munia accenseri ordinationem, et regularem dispositionem Festorum cum respondentibus Officiis et Missis, in usum Cleri sibi commissi Kalendarium Perpetuum cum Proprio Officiorum atque Missarum ita reformare studuit, ut apprime responderent Rubricis atque decretis, et in eis pristinam honorificam sedem pergerent retinere Coelites illi, quorum memoria ibi specialiter in benedictione permanet, et quos Fideles cultu praecipuo a vetusta aetate venerari consueverunt. Opere ad optatum exitum deducto, Episcopus Orator nil auctoritate propria decernere constituit; sed qua praestat reverentia et obsequio erga Sanctam Sedem exemplar manuscriptum tum Kalendarium Perpetui, tum Proprii Officiorum atque Missarum sanctioni proposuit Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX. humillimis additis precibus, ut singula approbare, Cleroque suo de Apostolica Benignitate concedere dignaretur. Horum manuscriptorum examen, quum sanctissimus idem Dominus Sacrorum Rituum Congregationi de more commiserit, illaque Sacra Congregatio probari posse censuerit, attamen servatis variationibus et emendationibus in eis distincte notatis; Sanctitas sua ad relationem infrascripti Secretarii sententiam Sacrae Congregationis ratam habens, Proprium officiorum, uti superiori in exemplari adnotatur, ita approbavit, ut illi unice Clerus Monasteriensis conformare se debeat in recitatione Horarum Canonicarum. Commisit autem Reverendissimo Episcopo Monasteriensis, ut postquam idem Proprium Officiorum cum Kalendario Perpetuo eidem praefigendo fuerit typis cusum, duplex authenticum exemplar Romam illico transmittat ad Sacram Rituum Congregationem. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 28. Julii 1864.

C. Episc. Portuen. et S. Rufinae, Card.
PATRIZI, S. R. C. Praef.
(L. S.) D. BARTOLINI, S. R. C. Secret.

Concordat cum originali. — IMPRIMATUR.

Monasterii, die 6 Aprilis 1903.

+ Hermannus
Epps Monasteriensis.

KALENDARIVM.

FEBRUARIUS.

- | | |
|--|----|
| 9. S. Titi Ep., Conf. dupl. (Dies fixa ex 6. Febr.)
Com. S. Apolloniae Virg. et Mart. | 5 |
| 11. S. Godefridi Conf. dupl. | 5 |
| 12. S. Rhabani Mauri Episc., Conf. dupl. | 7 |
| 13. SS. Viginti sex Mart. Japon. dupl. (Dies fixa ex 5. hujus.) | 9 |
| 14. S. Raymundi de Peñafort Conf. semid. (Dies fixa ex 23. Jan.) Com. S. Valentini Presbyt., Mart. | 9 |
| 15. S. Cyrilli Alexandrini Episc., Conf. et Doct. dupl. (Dies fixa ex 9. Febr.) Com. SS. Faustini et Jovitaem Mm. | 11 |
| 16. SS. Septem Fundatorum Ordinis Serv. B. M. V. Conf. dupl. (Dies fixa ex 11. Febr.) | 11 |
| 25. S. Walburgis Virg. dupl.
In anno bissextili Febr. est dierum 29., et Fest. S. Mathiae agitur die 25., et de S. Walburge fit die 26. Febr. | 11 |

Festa mobilia.

- | | |
|---|----|
| Feria Sexta post Dom. I. Quadrag. Festum Sacratissimae Spinae Coronae D.N.J.C. dupl. maj. | 16 |
| Feria Sexta post Dom. II. Quadrag. Festum Sacratissimae Sindonis D. N. J. C. dupl. maj. | 23 |

MARTIVS.

- | | |
|---|----|
| 1. S. Suitberti Episc., Conf. dupl. | 13 |
| 3. S. Cunegundis Imperatr., Virg. dupl. | 14 |
| 17. S. Gertrudis Virg. dupl. | 24 |
| 18. S. Patritii Ep., Conf. dupl. (Dies fixa ex heri.) | 25 |
| 19. S. Joseph Sponsi B. Mariae V. Compatr. Diaec. dupl. j. classis. | 25 |
| 20. S. Joachim Patris B.M.V. dupl. ij. class. | 25 |
| 22. S. Cyrilli Hierosol. Episc., Conf. et Eccl. Doct. dupl. (Dies fixa ex 18. hujus.) | 29 |
| 24. S. Gabrielis Archangeli, dupl. maj. | 29 |
| 25. Annuntiatio B. M. V. dupl. j. class. | 29 |
- Officium Annuntiationis Deiparae reponi debet in die immediate sequenti, quibus annis occurrat in Dominica Passionis. Si vero hoc Festum occurrat post Sabbatum ante Dominicam Palmarum, pro choro et foro transfertur ad Feriam secundam post Dominicam in

Albis, et tunc quodcumque Festum ea Feria
occurrents transfertur juxta Rubricas.

Festa mobilia.

Feria Sexta post Dom. III. Quadrag. Festum
Sacror. V Vulnerum D.N.J.C. dupl. maj. 30
Feria Sexta post Dom. IV. Quadrag. Festum
Pretiosissimi Sanguinis D.N.J.C. dupl. maj.
Si aliqua ex supradescriptis sex Officiis Domi-
nicæ Passionis recitari nequeant designatis
Feriis juxta Decreta impeditis, conceditur fa-
cultas, ea transferendi ad primas sequentes
dies liberas, attamen non ultra Quadragesi-
mam.

APRILIS.

6. B. Julianæ Cornelionensis Virg. dupl. 30
7. B. Hermanni Josephi Conf. dupl. 30
19. S. Leonis IX. Papæ, Conf. dupl. 30
23. S. Georgii Mart. dupl. 62
27. S. Petri Canisii Conf. dupl. 64

Festa mobilia.

Feria Sexta post Dom. in Albis Festum Lanceæ
et Clavorum D.N.J.C. dupl. ij. class. 32
Domin. II. post Pascha. S. Ludgeri Proto-Epi-
scopi Monaster. dupl. j. cl. cum Oct. 40

MAJUS.

12. SS. Pancratii, Nerei, Achillei Mm. atque Domitillæ
Virg. et Mart. dupl. 64
13. S. Servatii Episc., Conf. dupl. 66
16. S. Joannis Nepomuceni Mart. dupl. 68
21. S. Ubaldi Episc., Conf. semidupl. (Dies fixa ex
16. hujus.) 68
24. B. Mariæ V. sub tit. Auxilium Christianorum dupl.
maj. 68



OFFICIA PROPRIA

Dioecesis Monasteriensis.

PARS VERNA.

DIE 9. FEBRUARII.

S. Titi

Episc., Conf. Duplex.

Officium ut in Brev. die
6. Febr., cum commem.
S. Apolloniæ Virg. et
Mart. ut in Brev. hac die.

DIE II. FEBRUARII.

S. Godefridi

Conf. Duplex. (m. t. v.)

Omnia de Comm. Conf.
non Pont., præter sequ.

Oratio.

Adësto, Dómine, sup-
plicationibus nostris,
quas in beáti Godefridi
Confessoris tui solemnita-
tate deférimus : ut qui
nostræ justitiæ fidúciam
non habémus, ejus, qui

tibi placuit précibus adju-
vémur. Per Dóminum.

In j. Noct. Lect. Justus
si morte. de Comm.

In II. Nocturno.

Lectio iv.



Odefridus nobili-
bus et opuléntis
paréntibus natus
in Castro Westphaliæ
Cappenberganuncupáto,
spretis honóribus mundi-
que divítiis, a púero vir-
tútum nobilitátem únice
adamávit, et ássequi ar-
dentissimo stúdio concu-
pívit étiam postquam ma-
trimónium inívit; et ne
a suscépto Evangélicæ
perfectiónis itinere un-
quam deflécteret, san-
ctum Norbértum adívit,

ejusque consilia humillime expetivit. Inde cónjugi propósitum suum Deo únice inserviendi, ingénue apéruit, eique suaviter, sed effícaciter persuásit, ut exemplum suum imitarétur, et sacro velámini caput submittens, soli Deo constánter placére conténderet. Interim Ottóni germáno fratri suo non absímiles ad perfectiónem Evangélicam cohortatiónes diréxit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum : * Et dedit illi claritátem aetérnam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. — Et dedit.

Leccio v.

Fervido Godefrídi propósito, Deo adhæréndi, in eoque spem suam ponéndi, cui plaudébant hómines probi, ádeo céteri invidére coeperunt, ut ludibriis, irrisionibus, injúriis, minis et ómnium persecutiónum genere illum ab eo removére nunquam destiterint. Verum homo Dei bona pro malis constantíssime reddens, tandem húmílem, sed má-

xime exoptátum Præmonstraténsium hábitum impetrávit, inque religiósá paléstra de virtúte in virtútem álacri semper gressu conténdere festinávit. Hinc humilitáte, obediéntia, legum étiam minimárum observántia, sobrietáte, castimónia, ac imprimis férvida in Deum et próximum caritáte prælucébat.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum : stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. — Et.

Leccio vj.

VIX autem e mundo pénitus evolátus Godefrídis, et solitudínem Monastérii Ilmstadiénsis ingræssus, purgári mérúit a Deo tamquam aurum in fornáce. Antiqua enim recrudescénte ægritudíne, ádeo víribus debilitáti coepit, ut jam ad mortem decumberet. Supremæ vitæ desidério exardescens, et decedéntium Sacraméntis præmatúre munitus suavíssima verba fiduciæ plena ingeminábat ac cúpiens dissólvi et esse cum Christo, spiritum placidíssime réddi-

dit creatóri suo Ilmstádii Idibus Januárii anni millésimi centésimi vigésimi sexti, vel séptimi, ætátis suæ circiter trigésimi. Córporis ejus, quod plúrimis statim miracúlis inclaruisse prohibétur, superior pars ad hæc usque témpora Ilmstádii quiescit, pars vero inferior anno millésimo centésimo vigésimo octávo Cappenbérgam transláta est.

R. Iste homo.

In iij. Nocturno, Homil. Pusillum gregem. de Comm. ij. loco.

DIE 12. FEBRUARII.

S. Rhabani Mauri
Episc., Conf. Duplex.
Omnia de Comm. Conf. Pont., præter sequentiá (m. t. v.)

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo aetérnæ salutis beátum Rhabánum múnistrum tribuísti : præsta, quæsumus; ut, quem doctórem vitæ habuimus in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis. Per Dóminum nostrum.

In j. Noct. Lectiones. Fidélis sermo. de Comm.

In II. Nocturno.

Leccio iv.



Habánus cognóméto Maurum húmili apud Buchónios Germániæ pópulos génere ortus, ab adolescéntia sua, sacrárum literárum lectiáni ac meditatiáni inténtus, adhuc júvenis ad sancti Benedícti régulam se applicuit in eadem, in qua natus et altus, urbe Fuldénsi, tam móribus quam sciéntia mirabiliter profécit et exínde, ut álii ibi quoque proficerent, laborávit, schola pública in cœnóbio Fuldénsi institúta, quam étiam abbas egrégie promovít tanto religiosórum illórum emolúméto, ut eórum sub hujus ducis et magistri cura et disciplína laus et fama per totam Európam celebráta fúerit. Ipse tum propter exímiam vitæ sanctitátem, tum propter incomparábilem sciéntiam scripturárum a beáto Albérto Magno ecclésiæ doctóris elógio decorátus est. Ad extrémum tamen nonnúllos religiosórum sibi infénsos habuit, qui dicébant, nímium litteris inténtum temporália negligere; quorum

iræ ut locum daret, relicto monasterio, ad Ludovicum Pium imperatorem sese recepit.

✠ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum : ✠ Manus enim mea auxiliabitur ei. ✠ Nichil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei. — Manus.

Lectio b.

ITA vir mitissimus non, quæ sua sunt, quærens, suæ cessit abbatiae et recessit in gloriam; verum Deus pro Fulda repēdit Moguntiam, Otgarrii archiepiscopi decēssu pastore destitutam, ubi ille velut e sublimiori loco clarius resplēnduit. Ad servandam fidei integritatem et reformandos tam cleri quam populi mores intētus unice, duas coēgit synodos, provincialem unam, nationalem alteram et in iis hæresiarcham Godeschalcum, de prædestinatione male sentiētem, damnavit et alia quam plurima ad decorem et utilitatem ecclesiæ constituit, pro cuius immunitate etiam eo tempore passim a ministris principum sæcularium pessumdata severissimas leges cōdidit et

eorum ratihabitionem ab imperatore velut sanctæ Dei ecclesiæ advocato, missa ad eum epistola synodica, obtinuit.

✠ Pōsui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea :

✠ Manus enim mea auxiliabitur ei. ✠ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio bj.

IN pāuperes insigni semper misericordia ferebatur, quam anno octingentesimo quinquagesimo, cum gravissima famem Germaniam oppressisset, exhibuit, dum in dies plus quam trecentis victum præbuit, excēptis iis, qui in præsentia ipsius vescebantur assidue. Tandem continuis pro gloria Dei laboribus exhaustus, ad vitam migravit immortalē quarto die Februarii, anno Domini octingentesimo quinquagesimo sexto, pontificatus sui nono. Sacrum ejus corpus in ecclesia divi Albani Moguntiae tumulatum ab Alberto cardinali et archiepiscopo Moguntino cum reliquiis sancti Máximi solēnni processione Hallas in Sa-

xoniam auctoritate apostolica translatum est.

✠. Iste est, qui.

In iij. Noct., Homil. Ut ignorantiam. de Comuni Conf. Pont. ij. loco.

DIE 13. FEBRUARII.

SS. Viginti sex Mart. Japonens.

Duplex.

Officium ut in Appendice Breviarii pro aliqu. locis die 5. Februarii.

DIE 14. FEBRUARII.

S. Raymundi de Peñafort

Conf. Semid. (m. t. v).

Omnia de Comm. Conf. non Pont., præter sequ.

Oratio.

DEUS, qui beatum Raymundum poenitentiae sacramenti insignem ministrum elegisti, et per maris undas mirabiliter traduxisti ; concède ; ut ejus intercessione dignos poenitentiae fructus facere, et ad aeternae salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum nostrum.

Deinde fit com. Ferie et S. Valentini Mart.

In j. Noct., Lect. Beatus vir. de Comm. ij. loco.

In II. Nocturno.

Lectio ib.



Eátus Raymúndus Barcinonénsis, ex nobili familia de

Peñafort, christiánæ religionis rudimentis imbútus, adhuc pãrvulus eximia animi et corpóris indole magnum aliquid portēndere visus est. Nam adolēscens humaniōres litteras in patria pãffessus, Bononiam se cōtulit, ubi pietatis officii, ac pontificio civiliq̄e juri sēdulo incumbens, et doctóris láurea insignitus, ibidem sacros cánones magna cum hómīnum admiratiōe est interpretátus. Ejus virtutum fama percrebescēte, Berengarius Barcinonénsis episcopus, cum Roma suam ad ecclesiám rediret, eum conveniēdi causa Bononiam iter instituit, et tandem summis precibus, ut secum in patriam reverteretur, obtinuit. Mox ejusdem ecclesiæ canonicátu, et præpositúra ornátus, univérso clero et pópulo, integritate, modestia, doctrina, et morum suavitate præfúlsit, ac Deiparæ Virginis, quam singulári pietatis affectu ve-

nerabatur, honorem et cultum semper pro viribus auxit.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum : * Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum dedit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Et dedit.

Lectio v.

A Nnum circiter quintum supra quadragésimum agens, in ordine fratrum Praedicatorum solémni emissa professione, ut novus miles, in omni virtutum genere, sed praecipue in caritate erga egenos, et maxime captivos ab infidelibus detentos, se exercuit. Unde cum ejus hortatu sanctus Petrus Nolascus (cujus ipse confessiones audiebat) suas opes piissimo huic operi conferreret, tum eidem, tum beato Raymundo, et Jacobo primo Aragoniae regi apparens beatissima Virgo, gratissimum sibi, et unigenito Filio suo fore dixit, si in suum honorem institueretur ordoreligiosorum, quibus captivos ex infidelium tyrannide liberandi cura incumbere-

ret. Quare collatis inter se consiliis, ordinem beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum fundaverunt : cui beatus Raymundus certas vivendi leges praescripsit ad ejusdem ordinis vocationem accommodatissimas : quarum approbationem aliquot post annos a Gregorio nono impetravit, et dictum sanctum Petrum primum Generalem ordinis magistrum suis ipse manibus habitu eodem indutum creavit.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum : stolam gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricae fidei, et ornavit eum. — Et.

Lectio vj.

A Beodem Gregorio Romanam accessit, et cappellani, ac poenitentiarum, et confessarii sui munere decoratus, ejusdem jussu Romanorum Pontificum decreta, in diversis conciliis et epistolis sparsa, in unum Decretalium volumen redégit. Archiepiscopatum Tarraconensem ab ipso Pontifice sibi oblatum constantissi-

me recusavit, et totius ordinis Praedicatorum generale magistrerium, quod per biennium sanctissime administraverat, sponte dimisit. Jacobo Aragoniae regi sacrae Inquisitionis officii suis in rebus instituendi auctor fuit. Multa patravit miracula : inter quae illud clarissimum, quod ex insula Baleari Majori Barcinonem reversurus, strato super aquas pallio, centum sexaginta millaria sex horis fecerit, et suum coenobium januis clausis fuerit ingressus. Tandem prope centenarius, virtutibus et meritis cumulatus, obdormivit in Domino, anno salutis millésimo ducentésimo septuagésimo quinto. Quem Clemens octavus in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste homo.

In iij. Lect., Hom. de Comm. j. loc. Lect. ix. vero de Homilia Feriae occurrentis.

DIE 15. FEBRUARII.

S. Cyrilli

Alex. Episcopi
Conf. et Eccl. Doct. Dupl.
Officium ut in Brev. die 9. Febr., cum commem.

SS. Faustini et Jovitae Mm., ut in Brev. hac die.

DIE 16. FEBRUARII.

SS. Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V.

Conf. Duplex.

Officium fit in Breviario die 11. Febr.

DIE 25. FEBRUARII.

vel in anno bissext. die 26.

S. Walburgis

Virginis. Duplex.

Omnia de Comm. Virg., praeter sequ.

Oratio.

Deus, qui inter cetera gratiae tuae dona etiam in sexu fragili tuae operaris magnalia : concede propitius ; ut beatae Walburgis Virginis tuae apud misericordiam tuam patrocinia sentiámus, cuius et castitatis illustramur exemplis, et miraculorum gloria jucundamur. Per Dominum.

In j. Nocturno, Lect. De virginibus. de Comm.

In II. Nocturno.

Lectio ib.



Alburgis, sancti Richardi Anglorum Regis filia, sanctorum Willibaldi et Wunibaldi soror, virginitatem suam ab ipsis

pene incunabulis Christo Sponso dicavit, omnibus hujus mundi illécebris fórtiter contéptis. Quæ cum sanctitatem suam in pátria omnibus mirum in modum probásset, a sancto Bonifácio non sine fratrum accénsu ex Anglia in Germániam cum plúribus áliis Deo devótis féminis evocáta est, ut disciplinam religiósam apud sanctimoniáles partim plantáret, partim conserváret ac ampliáret. Quod ipsa strénue præstitit, se ipsam exhibens exéplum in conversatióne, in caritaté, in castitaté.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : * Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua, inténde, prospere procéde, et regna. — Et deducet.

Leectio v.

EX Thuringia Heidenhémium a Willibáldo fratre accersita venit, ut recens cóndito Virginum monastério præesset. Præfuit, et quidem ádeo feliciter, ut mórtuo sancto Wunibáldo ipsi etiám cœnóbium virórum committerétur. Quo in

munere dum summa integritatis, prudéntiæ, et sanctimoníæ laude non sine éditis miráculis versarétur, ad gáudia cœlestia, quorum desidério vehementer inflammáta erat, migrávit anno salutis septingentésimo septuagésimo sexto, sepulta Heidenhémii, Willibáldo Episcopo sanctæ virginis et soróri justa persolvénte.

R. Dilexisti justitiam, te odisti iniquitatem : * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. — Propterea.

Leectio vj.

Heidenhémii sancta virgo domicilium et sepulcrum hábuit usque ad Otkárium sextum Episcopum Eystettensem, cujus auctoritate clerique approbatióne castissimæ virginis reliquæ Eystádium solénni pompa et ómnium órdinum accursu translátæ sunt ad locum, qui nunc a sancta Walbúrge nomen habet : sic tamén, ut pars sacrárum reliquiárum Monastério Monheiménsi cederet, rogátu Liobæ Abbatis. Utrobique plúrima

mirácula mox edi cœpta. Eystádium id peculiáre habet, quod ex benedictis Walbúrgis óssibus limpidíssimum, variisque infirmitátibus salutíferum óleum manat.

R. Afferéntur.

In iij. Nocturno, Lect. de Homilia. Sæpe vos, fratres. **de Comm. Virg. j. loco.**

DIE I. MARTII.

S. Suitberti

Ep., Conf. Duplex.
Omnia de Comm. Conf. Pont., præter seq.

Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens Deus : ut beati Suitberti, Confessoris tui atque Pontificis, veneranda solénnitas et devotióne nobis áugeat etsalutem. Per Dóminum.

In j. Noct., Lectiones.
Fidélis sermo. **de Comm.**

In II. Nocturno.

(E ven. Beda cœvo et Radbodo Episc. Traject. apud Mabillon.)

Leectio ib.



Uitbertus Monastérii Dacorénsis in Anglia Abbas, Egberti magnæ sanctitatis viri adhortationibus excitatus, ut Germániæ populis adhuc infidélibus

Evangélii lucem afferret, una cum sancto Willibródo, decemque áliis viris apostólico zelo flagrantibus a sancto Sérgio summo Pontifice, anno Dómini sexcentésimo nonagésimo, ad prædicandum illis gentibus missus est. Pipinus, Dux Francórum, viros Apostólicos gratanter suscepit : et quia recénter ex Frisia citerióre, scilicet Trajecto inferióre, aliisque locis Mosam inter et Rhenum, Radbódom Principem expulerat, illic eos prædicare fecit : ubi intra breve tempus multos ab idololatria ad Christi fidem convertérunt. Quum autem Suitbertus morum modéstia, et cordis mansuetudine emicáret, a fratribus, qui in Frisia verbi ministério fugebantur, electus est, ut ordináretur Antistes.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum : * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. — Manus.

Leectio b.

PRofectus igitur in Britanniam Suitbertus, a Wilfrido ordinatus est

Episcopus : et inde in Germaniam regressus, non multo post secēssit ad gentem Boructuariorum, qui olim inter Amisium et Lippiam amnes, tunc autem Colōniam inter et Hassos, habitābant. Huic pōpulo Suitbērtus eo succēssu prādicāvit, ut eōrum multos ad viam veritātis perdūxerit. Sed quum antiqui Sāxones non longo post tēpore Boructuārios expugnāscent, christiāni huc illuc dispērsi sunt : et Suitbērtus interpellānte Plectrūde, a Pipino locum mansiōnis obtinuit in insula quadam Rheni, quæ vocātur : In littore ; in qua ipse, constructo Monastērio, aliquāmdiu in māxima abstinentia vixit, et circa annum septingentēsimum dēcimum sēptimum diem clausit extrēmum.

℞. Pōsui adiutorium super potēntem, et exaltāvi elēctum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℞. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio vj.

Virtutibus episcopālibus eximie floruit.

Potentiōrum persecutiōne pressus ipse defendēbat : fratres a contentiōnibus revocābat, et contra aliōrum fraudes muniēbat. Semper erat humilis, semper mansuetus et mitis : patiēns erat in advērsis, in prōsperis modestus. Pudicitia, abstinentia, vigiliis, oratione, æqua erga omnes justitia, et profusa in egēnos caritate quæ primis enituit : et vere de illo dici poterat, quod esset totus perfectus, totus Deo plenus. Post mortem miraculorum glōria clarus, magna fidēlium, eōrum præsertim, qui angina laborant, devotiōne colitur.

℞. Iste est, qui.

In iij. Nocturno. Homilia. Lēctio sancti Evangelii. **de Comm. j. loco.**

DIE 3. MARTII.

S. Cunigundis

Imperatr., Virg. Duplex.
Omnia de Comm. Virg.,
præter sequ.

Oratio.

Omnipotens sempitērne Deus, qui a glōria tua nullum excipis sexum nullamque conditionem excludis : te suppliciter exorāmus ; ut sicut sanctæ Cunigūndi Virgini

tuæ, post terrēni culmen impērii cōelēstis regni sōlilium contulisti, ita mēritis ejus et prēcibus nobis quoque fāmulis tuis æternæ felicitātis prēmia largiāris. Per Dōminum.

In j. Noct. Lectiones.
De virginibus. ut in Comuni.

In II. Nocturno.

Lectio ib.

Cunigūndis illustribus domus Luxemburgicæ parentibus nata, sancti Henrici Imperatoris conjux, illo consentiēte, virginālem in matrimōnio vitam duxit ; in cujus testimonium, cum aliquādo, instigante humani generis hoste, suspicio quædam contra ipsam fuisset exorta, nudis pēdibus super ignitos vomeres incēdens illæsa, egrēgium suæ innocētiæ præbuit argumentum. Singulāri erga ecclēsiās pietate prædita, cum marito templum sancti Adalberti Aquisgranense et Episcopātum Bambergensem fundavit, plurimas ecclēsiās sacrasupellectili ditavit, cœnobialia locupletavit.

℞. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : * Et deducet te

mirabiliter dextera tua. ℞. Spēcie tua et pulchritudine tua, intēde, prospere procedē, et regna. — Et.

Lectio v.

Mortuo cōnjuge, vigiliis, orationibus, et contemplatiōni totam se dedit. Quibus non contenta exuta imperiāli habitu, vestem religiōnis sancti Benedicti, propria manu confectam, induit atque in Parthenio Confugiēsi prope Casellas in Hāssia, quod ipsa extruxerat et hæreditariis opibus fundaverat, monasticam vitam amplexa est. Ibi virtutibus, mūtæ imprimis caritatē, maxime fuit intēta, humiliōra semper mūnia obiit, manibus quoque suis operabatur, in conficiēdis sacris vēstibus sacerdotālibus inter omnes longe præstans.

℞. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. ℞. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. — Propterea.

Lectio vj.

Annis in Monastērio quindecim sancte exactis, ex jejūni vigōre,

orationis et vigiliarum assiduitate deficere cepit. Supremo in morbo se Sanctorum precibus enixe commendavit, et ut paupercula sepeliri voluit. Die tertia Martii anni millésimi quadragésimi mortua, dein Bambergae juxta sanctum Henricum conjugem, ut postulaverat, sepulta est. In vita et praesentibus etiam sanctae Apostolicae sedis Legatis post mortem miraculis illustrata, ab Innocentio Papa tertio in Sanctorum numerum relata est.

R. Afferentur Regi.

In iij. Nocturno, Hom.
Saepe vos, fratres. de
Comm. Virg.

FERIA SEXTA
POST DOMIN. I. QUADRAG.

De Sacrat. Spinea
Corona D. N. J. C.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Ant. et Capit. de Laudibus. 22. **Ps. ut in**
j. Vesp. de Comm. Apost.

Hymnus.

EXite, Sion filiae,
Regis pudicae virgines,
Christi coronam cernite,
Quam mater ipsa texuit.

Horret revulsis crinibus
Spinis cruentatum caput,
Et vultus ille decolor
Mortem propinquam respicit.

Quae terra sulcis in via,
Dumis rigens et sentibus,

Lugubre munus protulit,
Quae saeva messuit manus?

Christi rubescens sanguine

Aculeos mutat rosis,
Palmamque vincens fructibus,

Spina est triumphis aptior.

Culpis saetae mortaliu
Te, Christe, spinæ vulnerrant :

Evelle nostras, cordibus
Tuasque nostris insere.

Virtus, honor, laus,
gloria

Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In saeculorum saecula.

Amen.

V. Plectentes coronam
de spinis. **R.** Posuerunt
super caput ejus.

Ad Magnif. Ant. Egredimini et videte, filiae Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua, parans crucem Salvatoris suo.

Oratio ut ad Laud. 22.

AD MATUTINUM.

Invitat. Christum Regem spinis coronatum, *
Venite, adoremus.

Ps. Venite, exultemus.
Hymnus. Exite, Sion. **ut**
supra. 16

In I. Nocturno.

Ant. Erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, et fructum suum dabit in tempore suo.

Psalmi ut in Communi unius Mart. excepto ult. iij. Noct., ut infra.

Ps. Beatus vir.

Ant. Convenérunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Ps. Quare fremuerunt. **Ant.** in tribulatione dilatasti mihi.

Ps. Cum invocarem.

V. Gloria et honore coronasti eum, Domine.
R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

De Isaia Propheta.

Teectio j. **Cap. 53.**

Quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra sitienti. Non est species ei, neque decor :

et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum : despectum, et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem : et quasi absconditus vultus ejus et despectus, unde nec reputavimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit : et nos putavimus eum quasi leprosum, et percussus a Deo, et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostrae super eum, et livore ejus sanati sumus.

R. Maledicta terra in opere hominis, * Spinias et tribulos germinabit Christo. **V.** Quia comedit Adam de ligno, ex quo praecerat Deus ne comederet. — Spinias.

Teectio ij.

Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit : et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit, et non aperuit os suum : sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus

coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est: de generationem ejus quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussus eum.

R. Apparuit Móysi Dóminus in flamma ignis de médio rubi: * Et videbat, quod rubus ardebat, et non combureretur. **V.** Dixit ergo Móyses: Vadam et videbo visionem hanc magnam. — Et videbat.

Lectio iij.

ET dabit ímpios pro sepultura, et divitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et Dóminus voluit contérrere eum in infirmitate: si posterit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, et voluntas Dómini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit ánima ejus, videbit et saturabitur: in sciéntia sua justificabit ipse justus servus meus multos, et iniquitates eórum ipse portabit.

R. Ecce ignis et ligna, Deus providébit sibi, * Víctimam holocáusti.

V. Levávit Abraham óculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem. — Víctimam. Glória Patri. Víctimam.

In II. Nocturno.

Ant. Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ coronásti eum.

Ps. Verba mea.

Ant. Minuisti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum.

Ps. Dómine Dóminus noster.

Ant. Peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pharetra, utsagittent justum.

Ps. In Dómino confido.

V. Posuisti, Dómine, super caput ejus. **R.** Coronam de lapide pretiósio. Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. 2. in Epiph. Dom.

Lectio iv.

EGredimini, filiæ Sion: vobis dicimus filiæ Sion, ánima sæculáres, débiles, delicátæ, filiæ, et non filii, in quibus nihil est fortitudinis, nihil est virilis ánimi. Egredimini de sensu carnis ad intellectum mentis, de servitute carnális concupiscen-

Lectio v.

Serm. 42. in Cantic.

EGO, fratres, ab ineunte meae conversiõne, et de domo patris vestri, et videte regem Salómonem in diadémate, quo coronávit eum mater sua, in coróna paupertátis, in coróna misériæ, siquidem coronátus est et a novérca sua coróna spinea, coróna misériæ coronándus a familia sua coróna justitiæ, quando exhibunt Angeli, et tollent de regno ejus ómnia scándala, quando véniet ad iudicium cum senióribus populi sui, cum pugnabit pro eo orbis terrárum advérsus insensátos. Coronát eum et Pater coróna glóriæ, sicut ait Psalmista: Glória et honóre coronásti eum, Dómine. Videte eum, filiæ Sion, in diadémate, quo coronávit eum mater sua.

R. Cum apparúerit Princeps pastórum, quo percússio, dispérsæ sunt oves gregis, * Percipiétis immarcescibilem glóriæ corónam. **V.** Cum fécerit grande convívium, ut osténdat divitias glóriæ regni sui. — Percipiétis.

te mea conversiõne, pro acérvo meritórum, quæ mihi déesse sciébam, mihi fasciculum coléctum ex ómnibus anxietátibus et amaritudinibus Dómini mei colligáre, et inter úbera mea collocáre curávi. Memóriam abundantíæ suavitátis horum eructábo quoad vixero: In ætérnum non obliviscar miserationes istas, quia in ipsis vivificátus sum. Mihi hic salutáris fasciculus servátus est: nemo tollet eum a me, inter úbera mea commorábitur. Hæc meditari, dixi sapiéntiam, in his justitiæ mihi perfectiõnem constítui, in his plenitudinem sciéntiæ, in his divitias salutis, in his cópias meritórum. Ex his mihi intérdum potus salutáris amaritudinis, ex his rursum suavís únctio consolatiõnis. Hæc me érigunt in advérsis, in próspéris réprimunt, et inter læta tristiaque vitæ præsentis via régia incedénti tutum præbent utrobique ducátum, hinc inde mala imminéntia propul-sádo: hæc mihi concí-

liant mundi iudicem, dum tremendum potestátibus, mitem humilémque figurant, dum non solum placabilem, sed et imitabilem repræsentant eum, qui inaccessibilis est principátibus, terribilis apud reges terræ.

R. Accépit regnum decóris, * Et diadéma speciéi. **V.** Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. — Et.

Lectio vij.

HÆC propterea mihi in ore frequenter, sicut vos scitis; hæc in corde semper, sicut Deus scit: hæc stylo meo admodum familiaria, sicut apparet: hæc mea sublimior interim philosophia, scire Jesum, et hunc crucifixum. Non requiro, sicut sponsa, ubi cubet in meridie, quem lætus amplector mea inter úbera commorantem. Non requiro, ubi pascat in meridie, quem intueor Salvatorem in cruce. Illud sublimius, istud suavius: panis illud, hoc lac: hoc viscera reficit parvulorum, hoc replet úbera matrum, et ideo inter úbera mea commorabitur. Hunc et vos, dilectissimi, tam dilectum

fasciculum colligite vobis, hunc medullis insérite cordis, hoc munite áditum pectoris, ut et vobis inter úbera commorétur. Si enim ante óculos habueritis quem portátis, pro certo videntes angústias Dómini, levius vestras portábitis, ipso auxiliante Ecclesiæ Sponso, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

R. Aram de lignis Setim deaurábis auro mundissimo intus et foris: * Facièsque supra coronam auream per circuitum. **V.** Pones in arca testificatiónem, quam dabo tibi. — Facièsque Glória Patri. Facièsque.

In III. Nocturno.

Ant. Ingressus sine mácula, et operátus justitiam, coronátus est in monte sancto tuo.

Ps. Dómine, quis habitábit.

Ant. Super caput ejus coronam de lapide pretioso posuisti, Dómine.

Ps. Dómine, in virtúte tua.

Ant. Advérsus eos, qui tribulant me, impinguasti eum in oleo caput meum.

Ps. Dóminus regit me. **ut Feria v. in feriali Officio ad Primam.**

V. Coróna áurea super caput ejus. **R.** Expressa signo sanctitátis.

Lectio sancti Evangelii secundum Joánnem.

Lectio vij. Cap. 19.

In illo tempore: Apprehéndit Pilátus Jesum, et flagellávit. Et milites plecténtes coronam de spinis imposuerunt capiti ejus. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbátis.

Ex Serm. 50. de diversis.



Idéte, filia Sion, Regem Salomónem. Non dicit Ecclesiásten, aut Iddidam: nam et his nomínibus appellátus est rex ille, et significat Jesum Christum, nostrum verum Salomónem, qui est Salomon, id est, pacificus in exsilio: Ecclesiástes, id est, concionátor in iudicio: Idida, id est, diléctus Dómini in regno, ibique rex. In exsilio mansuétus, in iudicio justus, in regno gloriósus. In exsilio amabilis, in iudicio terribilis, in regno admirabilis. In diadémate, quo coronávit eum mater sua. Est autem hæc coroná miserericordiæ, et in hac imitabilis. Coronávit eum et novérca sua coroná mi-

seriæ, et in hac contemptibilis. Synagógam loquor, quæ se ei non matrem exhibuit, sed novercam.

R. Faciès altáre ad adoléndum thymiáma de lignis Setim: * Facièsque ei coronam aureolam per gyrum. **V.** Ponésque altáre contra velum coram propitiatório. — Facièsque.

Lectio vij.

Coronábit eum familia sua coroná justitiæ, et in hac terribilis: coronábit eum Pater suus coroná glóriæ, et in hac desiderabilis. Videant ergo eum peccatóres in coroná miseriæ, id est spinea, et compungántur: videant eum filia Sion, animæ affectuósæ, in coroná misericordiæ, et imitentur. Vidébunt eum impii in coroná justitiæ, et peribunt: vidébunt eum Sancti in coroná glóriæ, et perpetuáliter gaudebunt. Coronántur quidem et alii imitatóres ipsius, sed hoc ex industria adjúti per grátiam. Solus iste a matre coronátus est, quia solus cum ordinátis affectiónibus, tamquam sponsus et thámo, processit ex útero matris.

R. Christus sciens dolorem et infirmitatem, spinis coronatus: * Ipse est, qui coronat vos in misericordia et miserationibus. **V.** Vulneratus propter iniquitates nostras, attritus propter scelera nostra, cujus livore saturati sumus. — Ipse. **Gloria Patri.** Ipse.

Lectio ix. legitur de Homilia Feriæ.

AD LAUDES.

et per Horas. Ant.

1. Dilectus meus candidus * et rubicundus, comæ capitis ejus sicut purpura regis vincta canalibus.

Ps. Dominus regnavit.

2. Requievit super eum * spiritus timoris Domini: coronas sapientiae et exultationis decoravit illum.

3. Induit eum * Dominus vestimentis salutis, et indumento justitiae quasi sponsum decoratum coronam.

4. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.

5. Rex æternæ gloriæ * pro nobis coronatus benedicet coronæ anni benignitatis suæ.

Capitulum. **Cant. 3.**

Egredimini et videte, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate,

quo coronavit illum mater sua.

Hymnus.

LEgis figuris pingitur Christi coronam nobilis:

Implèxa spinis victima, Ardensque testatur rubus.

Arcam coronam cinxerat, Mensæque sacrum circum,

Aràmque thure fúmidam Coronam nectit ambiens.

Christi dolorum conscia, Salve, coronam gloriæ, Gemmis et auro pulchrior, Vincens coronas siderum.

Virtus, honor, laus, gloria

Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paráclito, In sæculorum sæcula.

Amen.

V. Eris coronam gloriæ in manu Domini. **R.** Et diadema regni in manu Dei tui.

Ad Bened. Ant. Exivit Jesus portans spineam coronam, et purpureum vestimentum.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus; ut qui in memoriam passionis Domini nostri Jesu Christi Coronam ejus spineam veneramur in ter-

ris, ab ipso gloria et honore coronari mereamur in caelis: Qui tecum vivit et regnat.

AD TERTIAM.

Ant. Requievit super eum.

Capitulum. Egredimini, ut supra.

R. br. Eris coronam gloriæ * In manu Domini. Eris. **V.** Et diadema regni in manu Dei tui. — In. **Gloria Patri.** Eris.

V. Gloria et honore coronasti eum, Domine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

AD SEXTAM.

Ant. Induit eum.

Capitulum. **Apoc. 6.**

VIdi, et ecce equus albus, et qui sedebat super illum, habebat arcum, et data est ei corona, et exivit vincens, ut vinceret.

R. br. Gloria et honore * Coronasti eum, Domine. Gloria et. **V.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum. — Coronasti. **Gloria Patri.** Gloria et.

V. Tuam coronam adoramus, Domine. **R.** Tuam gloriosam recolimus passionem.

AD NONAM.

Ant. Rex æternæ gloriæ.

Capitulum. **Isaia 28.**

IN die illa erit Dominus exercituum coronam gloriæ, et sertum exultationis residuo populi sui.

R. br. Tuam coronam * Adoramus, Domine. Tuam. **V.** Tuam gloriosam recolimus passionem. — Adoramus. **Gloria Patri.** Tuam.

V. Plectentes coronam de spinis. **R.** Posuerunt super caput ejus.

IN II. VESPERIS.

Omnia dicuntur ut in primis, præter

V. Plectentes coronam de spinis. **R.** Posuerunt super caput ejus.

Ad Magnif. Ant. Et genu flexo ante eum, illudabant ei, dicentes: Ave, Rex Judæorum: et exspuentes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus.

FERIA SEXTA

POST DOM. II. QUADRAG.

De Sacratiss. Sindone D. N. J. C.

Duplex majus.

Officium ut in Appendice Brev. pro aliquo locis hac Feriæ.

DIE 17. MARTII.

S. Gertrudis**Virginis. Duplex.****Omnia de Comm. Virg.,
præter sequentia.****Oratio.**

OMnipotens sempiternè
Deus, mundarum cogitationum largitor et custos, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus et præsta; ut, intercedente beata Gertrude Virgine tua, puritatem mentis et corporis consequamur. Per Dominum nostrum.

**In Quadrages. fit Com.
Feriæ.****In j. Nocturno, Lect.
De virginibus. de Comm.****In II. Nocturno.****E vita per coævum apud
Mabillon.****Lectio ib.**

Gertrudis virgo ex nobilissima Francorum prosapia, patre Pipino seniore, Matre domus, et Itta matre nata est. Sancte educata præ coætaneis suis Deo et hominibus cara crescebat. Cum eam decennem rex Dagobertus Ducis Austrasiarum filio sponsam posceret, respondit Gertrudis, se nullum unquam sponsum habituram, nisi Christum.

Patre mortuo, matri sancto servivit obséquio : cumque illa accepto a sancto Amândo sacro velamine, se in Monasterio Nivigellensi, quod ipsa ædificaverat, Deo consecrasset, Gertrudis pariter sacris virginibus aggregata, illis præesse iussa est. Corda autem eorum, a quibus Itta et Gertrudis multas injurias et afflictiones sustinuerant, Deus ad pacem convertit.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : * Et deducet te mirabiliter dextera tua.
V. Spécie tua et pulchritudine tua, intènde, prospere procéde, et regna. — Et.

Lectio v.

Admirandis virgo fulsit virtutibus. Magna erat morum continentia : mentis sobrietate et moderatione in verbis senilem antecedebat ætatem. Caritate erga Deum et castitate eminèbat : largas erogabat elemosynas; agris, senibus et peregrinis pia caritate subveniebat. Mxima ejus cura et studium, ut vasa sacra et omnis Ecclesiæ suppellex nitida semper et splen-

dida invenirentur. Providit, ut sacra volumina et homines divinarum rerum gnari Roma et de transmarinis regionibus adessent; ipsa autem indefessa diligentia tantam sibi rerum divinarum scientiam comparavit, ut arcana Scripturæ mysteria petentibus erudite aperiret. Multas ecclesias, hospitalis domos aliaque pia loca condidit, ac imprimis Vasnense monasterium ad ripam Sabis, Fullémo et Ultáno, sancti Fursáci fratribus excipiendis extruxit.

R. Dilixisti justitiam, et odisti iniquitatem : * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.
V. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. — Propterea.

Lectio vi.

Demum operibus, jejuniis et vigiliis exhausta, cum Deo revelante mortem appropinquare didicisset, præfectura se abdicavit; et ne ullo amplius refrigerio frueretur, ad consueta pietatis exercitia multam corporis afflictationem addidit. Audiens deinde a monacho Ultáno, se postridie morituram, hilari vultu

suavissimas Deo gratias egit et a sororibus petiit, ut solo cilicio et panno veteri, quo cilicium tegerat, amicta, vili sepultura donaretur. Ultimam vitam noctem psallendo et orando transiit : sumptaque postridie sanctissima Eucharistia, spiritum Creatori reddidit, anno salutis sexcentesimo quinquagesimo nono, ætatis suæ trigésimo tertio. Multis in vita et post mortem miraculis clauit.

R. Afferretur.**In iij. Nocturno, Homil.
Sæpe vos, fratres. de
Communione non Virg.**

DIE 18. MARTII.

S. Patritii**Episc., Conf. Duplex.
Officium ut in Breviario
die hesterna.**

DIE 19. MARTII.

S. Joseph**Sponsi B. M. V.
Diocesis Comptoni.
Duplex j. classis.
Officium ut in Breviario
hac die.**

DIE 20. MARTII.

S. Joachim**Conf., Patris B. Mariæ V.
Duplex ij. classis.
Omnia de Comm. Conf.
non Pont., præter sequ.**

IN I. VESP. ET LAUD.
V. Potens in terra erit
 semen ejus. **R.** Generá-
 tio rectórum benedicetur.

**Ad Magnificat et ad
 Bened. Ant.** Laudémus
 virum gloriósum in gene-
 rátióne sua, quia bene-
 dictiónem ómnium gén-
 tium dedit illi Dóminus: et
 testaméntum suum con-
 firmávit super caput ejus.

Oratio.

DEus, qui præ ómnibus
 sanctis tuis beatum
 Jóachim Genitricis Filii
 tui patrem esse voluisti:
 concede quæsumus; ut
 cujus festa venerámur,
 ejus quoque perpétuo pa-
 trocinia sentiámus. Per
 eúmdem Dóminum.

In j. Nocturno; Lect.
 Beatus vir. de **Communi**
ij. loco.

In II. Nocturno.
 Sermo sancti Epiphánii
 Episcopi.

Or. de Laud. virg. sub init.

Lectio ib.

E radice Jesse or-
 tus est rex David,
 et de tribu regis
 David sancta Virgo: san-
 cta, inquam, et sanctó-
 rum virórum filia: cujus
 paréntes fuérunt Jóachim
 et Anna: qui quidem in
 vita sua Deo placuérunt,
 atque étiam fructum

ejúsmodi germinavérunt
 sanctam virginem Ma-
 riam templum simul et
 matrem Dei. Jóachim
 porro, Anna, et María,
 hi tres, Trinitáti palam
 sacrificium laudis offeré-
 bant. Jóachim enim in-
 terpretátur præparatio
 Dómini, eo quod ex illo
 præparátum sit templum
 Dómini, nempe Virgo.
 Anna rursus similiter grá-
 tia interpretátur: pro-
 ptérea quod Jóachim et
 Anna grátiam accepé-
 runt, ut accedéntibus pré-
 cibus, talem fructum ger-
 minárent, sanctam Vir-
 ginem adépti. Jóachim
 siquidem precabátur in
 monte, et Anna in horto
 suo.

R. Honéstum fecit illum
 Dóminus, et custodívit
 eum ab inimicis, et a se-
 ductóribus tutávit illum:
 * Et dedit illi claritátem
 ætérnam. **V.** Justum de-
 dúxit Dóminus per vias
 rectas, et osténdit illi re-
 gnum Dei. — Et dedit.

Sermo sancti Joánnis
 Damascéni.

**Orat. i. de Virg. Mar.
 Nativ. circa princip.**

Lectio v.

QUóniam futurum erat,
 ut Dei Génitrix et
 Virgo ex Anna orirétur,

natúra grátiae fœtum an-
 tevértere mínime ausa
 est; verum tantisper ex-
 spectávit, dum grátia fruc-
 tum suum produxisset.
 Siquidem oportébat eam
 primogénitam in lucem
 conditárum primogénit-
 um, in quo ómnia coag-
 mentáta sunt, paritúra
 erat. O par beatum Jóa-
 chim et Anna! Votis om-
 nis creatúra obstricta
 est. Per vos enim do-
 num, ómnium donórum
 præstantissimum, Crea-
 tóri óbtulit, nempe ca-
 stam matrem, quæ sola
 Creatóre digna erat.

R. Amávit eum Dómi-
 nus, et ornávit eum: sto-
 lam glóriæ induit eum,
 * Et ad portas paradisi
 coronávit eum. **V.** Induit
 eum Dóminus lorícam fi-
 dei, et ornávit eum. — Et.

Lectio vj.

EXsúltá Jóachim, quó-
 niam ex filia tua fi-
 lius natus est nobis, et
 vocátur nomen ejus ma-
 gni consilii, hoc est, salú-
 tis totius mundi Angelus.
 Pudóre afficiátur Nestó-
 rius, ac manum ori im-
 pónat. Puer hic Deus est.
 Quonam igitur modo ea
 Dei Génitrix non sit, quæ
 péperit? Si quis sanctam

Dei Genitricem non con-
 fitétur, a Deitáte remó-
 tus est. Mea non est hæc
 oratio, quamquam alió-
 qui mea: hanc enim di-
 viníssimam hereditátem
 a Theólogo Patre Gregó-
 rio accépi. O beatum
 par Jóachim et Anna!
 Ac profécto ex ventris
 vestri fructu immaculáti
 agnoscímmini, quemádmo-
 dum Christus quodam
 loco dixit: Ex frúctibus
 eórum cognoscétis eos.
 Ut Deo gratum erat, ac
 dignum ea, quæ a vobis
 orta est, vitæ vestræ ra-
 tiónes instituistis. Caste
 enim et sancte múnere
 vestro functi, virginitátis
 thesáurum prodixistis.

R. Iste homo.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii
 secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. i.

Liber generatiónis Jesu
 Christi, filii David,
 filii Abraham. Abraham
 genuit Isaac. Isaac autem
 genuit Jacob. Et reliqua.
 Homilia sancti Joánnis
 Damascéni.

**Ex libr. 4. de Fide orthod.
 cap. 15. de Dñi genealo-
 gia, et S. Dei Genitricis.)**

Quod Joseph ex Da-
 vídica tribu origi-
 nem dúxerit, san-

ctissimi Evangelistæ Matthæus et Lucas liquidò demonstrarunt. Verum hoc inter eos discriminis est, quod Matthæus ex Davide per Salomónem Josèphum deducit, Lucas autem per Nathan. At vero sanctæ Virginis ortum uterque siléntio præteriit. Quocirca scire operæ prætium est, nec apud Hebræos, nec apud Scripturam sacram hoc in more positum fuisse, ut mulierum genus recenseretur. Verum hoc demum lege cautum erat, ne tribus ulla uxores ex altera tribu accèrseret. Ac proinde Joseph, qui ex tribu Davidica ortum trahèbat, justitiàmque colèbat, (hanc enim laudem ei tribuit divinum Evangelium) sanctam Virginem haudquàmquam præter legis præscriptum despondisset, nisi ex eodem sceptro genus duxisset. Ob idque satis habuit Evangelista demonstrasse, unde Joseph ortum traxerit.

✠ Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et de omni corde suo laudavit Dóminum : * Ipse intercédât pro peccatis ómnium

populórum. ✠. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, abstinentes se ab omni ópere malo, et pèrmanens in innocéntia sua. — Ipse intercédât.

Lectio viii.

Igitur ex stirpe Nathan, filii David, Levigénuit Melchi et Panthérem. Panther autem génuit Barpanthérem, (namque ita vocabátur). Barpanther rursus génuit Jóachim. Jóachim dénique génuit sanctam Dei genitricem. Rursus ex stirpe Salomónis, filii David, Mathan ex uxóre sua génuit Jacob : mórtuo autem Mathan, Melchi ex tribu Nathan, filius Levi, ac frater Panthéris, uxórem ipsius Mathan, quæ étiam Jacóbi mater erat, matrimonio sibi copulávit, atque ex ea génuit Heli : ita uterini fratres erant Jacob et Heli : ille nimirum ex tribu Salomónis, hic ex tribu Nathan oriúndus.

✠. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris : * Et vos símiles hominibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur a nuptiis. ✠. Vigilate ergo, quia nescitis

qua hora Dóminus vester ventúrus sit. — Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lect. ix. de Homil. Feriæ occurrit. Si autem transferatur post Pascha.

Lectio ix.

Porro Heli, qui ex tribu Nathan erat, nullis liberis suscéptis, e vita migrávit; eaque de causa Jacob, ipsius frater, qui ex tribu Salomónis flúxerat, ipsius uxórem accépit, fratrique suo semen excitávit, ac Josèphum progénuit. Joseph itaque natúra quidem filius Jacob erat a Salomóne oriúndus : legis autem ratióne patrem habebat Heli ex Nathan oriúndum. Quæ cum ita sint, Jóachim lectíssimam illam, ac summis láudibus dignam mulierem Annam matrimonio sibi copulávit. Verum quemádmódum prisca illa Anna, cum sterilitátis morbo laboráret, per oratiónem et promissionem Samuèlem procreávit : eodem modo hæc étiam per obsecratiónem et promissionem Dei Genitricem a Deo accépit; ut ne hinc quoque cuiquam ex illústribus matrónis céderet. Itaque grátia, (nam hoc

sonat Annæ vocabulum,) Dóminam parit : (id enim Mariæ nómine significátur.) Vere étenim rerum ómnium conditárum Dómina facta est, cum Creatóris mater éxstitit.

Te Deum.

In Laud. ✠., Ant. ad Bened. et Oratio ut in primis Vesp.

In ij. Vesp. omnia dicuntur de Comm. præter Oratiónem. Deus, qui præ ómnibus, etc. ut supra.

DIE 22. MARTII.

S. Cyrilli

Episc. Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct. Duplex.

Officium ut in Breviario die 18. Martii. (m. t. v.)

DIE 24. MARTII.

S. Gabrielis

Archangeli. Dupl. maj. Officium ut in Appendice Breviarii pro aliquo locis, die 18. hujus.

DIE 25. MARTII.

Annuntiationis
B. M. V.

Duplex j. classis.

Quibus annis Officium Annuntiationis Deiparæ occurrit in Dominica Paschionis, reponi debet in die immediate sequente.

Si vero hoc Festum occurrat post Sabbatum ante Dominum Palmarium, pro choro et foro transfertur ad Feriam secundam post Dominicam in Albis, et tunc quodcumque Festum ea Feria occurrens transfertur juxta Rubricas.

FERIA SEXTA
POST DOM. III. QUADRAG.
Ss. Quinque Vuln.
D. N. J. C.

Duplex majus.
Offic. ut in Append. Brev.
pro aliqu. locis hac die.

FERIA SEXTA
POST DOM. IV. QUADRAG.
Pretios. Sanguinis
D. N. J. C.

Duplex majus.
Offic. ut in Append. Brev.
pro aliqu. locis hac die.

DIE 6. APRILIS.
B. Julianæ
Virg. Cornel.,
sanctæ nuncupatæ.
Officium ut in Appen-
dice Breviarii pro aliqui-
bus locis die 5. Aprilis.

DIE 7. APRILIS.
B. Hermanni
Josephi
Confessoris. Duplex.
Omnia de Comm. Conf.
non Pont., præter sequ.

Oratio.

DEus, qui beatum Hermannum Josephum Confessorem tuum in benedictionibus dulcedinis a pueritia prævenisti: præsta quæsumus; ut innocētis et sanctæ vitæ ejus vestigiis insistentes, ad cœlestem patriam, in qua gloriōsus exsultat, securi perveniamus. Per Dōminum.

In Quadrag. com. Feriæ.
In j. Nocturno, Lectione
de Scriptura occurrente.
In Quadrag. vero Beatus
vir. de Comm. ij. loco.

In II. Nocturno.
E Brev. Præmonstrat. et
vita apud Bolland.

Lectio iv.

Eātus Hermannus Coloniēnsis, quem inter innumeros favores beatissima Virgo Joseph vocari voluit, septēnnii tempus cum attigisset, studiis est applicatus litterarum: ac mox mirum in modum divino Spiritu inspiratus, totus ad Dei beatissimæque Desparæ cultum puerulus est conversus; cujus ecclesiā, in Capitōlio nuncupatam, frequentare, et imaginem, oblatis etiam puerilibus munusculis, coævis suis interim lu-

dētibus, honorare con-
venit. Jam tum ætēra
Sapiētia et beatissima
Virgo novo huic Samuēli
cœlestibus se revelati-
onibus cœperunt manife-
stare; ita ut etiam cum
puero Jesu ludēdi fa-
cultas ei indulta fuerit a
pia Matre misericordiæ,
quæ parvuli sui inopiam
miro modo subinde sub-
levavit. Cum autem jam
duodecim esset annorum,
ad ecclesiā Steinfeldē-
sem sacri ordinis Præ-
monstratēnsis perductus,
niveo ejusdem sacræ re-
ligionis amictu indutus
est.

R. Honestum fecit il-
lum Dōminus, et custodi-
vit eum ab inimicis, et a
seductōribus tutavit il-
lum: * Et dedit illi clari-
tatem æternam. **V.** Jus-
tum deduxit Dōminus
per vias rectas, et ostēdit
illi regnum Dei. —
Et dedit.

Lectio v.

Cæpit puer religiosus
trēdecim jam annō-
rum, tam apud Deum,
quam apud hōmīnes pro-
ficere sapiētia et ætate.
Incredibili se abstinētia
affligēbat, simplicis panis
et aquæ quasi consuetu-
dinaria refectiōne con-

tētus: addidit strati du-
ritiem, capite super lā-
pidem, corpore super li-
gnum requiescens. Sua-
vissimo cœlitus odore ad
ingrēssum templi, et sub
ipsis divinis officiis, sæ-
pius reficitur: Christi Dō-
mini, beatissimæ Virgi-
nis, Angelōrum et aliō-
rum Sanctōrum crebris
honoratur visiōibus et
visitatiōibus, imprimis
vero sanctæ Ursulæ et
sociarum ejus, in quarum
honorem plura composuit
cārmina, pietatis
plena, quarumque in ec-
clesiā sacrosāctum Sa-
crificium offerre consuē-
vit, quando Coloniæ com-
morabatur.

R. Amavit eum Dōmi-
nus, et ornavit eum: sto-
lam gloriæ induit eum,
* Et ad portas paradisi
coronavit eum. **V.** Induit
eum Dōminus lorica
fidei, et ornavit eum. —
Et ad portas.

Lectio vi.

Ingentibus a Deo pro-
batiōibus exercitatus,
morbis afflictus, ab ho-
minibus subinde despē-
ctus, a dæmone vexatus,
aliisque innumeris tenta-
tiōibus probatus, com-
plures sibi contēxit pa-
tiētiæ coronas. Quan-

tum erga tremendum altaris Sacrificium moveretur, ex multis ejus páuit revelationibus, extáribus et áliis mirabilibus, quæ circa sanctissimum Sacraméntum occupáto accidere. Virtúte castitátis excélluit. Virtus autem humilitátis fuit speciáliter virtus Joseph, quæ super virtútes álias in ipsius corde, una cum virtúte caritátis Dei et próximi thronum regalís celsitudinis obtinébat. Prophético spiritu cláruit, quo tum martyrismi sancti Engelbérti Archiepiscopi Coloniénsis, tum próprium mortem et locum sepulturæ prædixit. Quinta post Pascha féria, anno millésimo ducentésimo trigésimo tertio, in manus sui Jesu spiritum réddidit. Quiéscit Steinféldiæ, omnis géneris miraculis post mortem nobilitátus.

R. Iste homo.

In iij. Nocturno, Homil.
Venite ad me omnes. de
Comm. Abbat. ij. loco.

FERIA SEXTA

POST DOMIN. IN ALBIS.

**Ea autem impedita
transfertur ad aliam Fe-
riam sextam sed intra**

**tempus Paschale tantum,
juxta Decret. S. R. C.
5. Maji 1736.**

Lanceæ et Clavor.

D. N. J. C.

Duplex ij. classis.

IN I. VESPERIS.

**Ant. de Laud. Ps. ut in
j. Vesp. de Comm. Apost.
Capitululum. Sap. 5.**



Umet Dóminus scutum in-
expugnabile, æquitatem,
ácuét autem duram iram
in lanceam, et pugnabit
cum illo orbis terrarum
contra incensátos.

Hymnus.

P Ange, lingua, glo-
riósæ

Lanceæ præcónium,
Quæ reclúsit pretiósæ
Cataractæ flúvium,
Passo Christo doloróse
Pro saluté géntium.

Hasta gazis præoptáta
Mundi pandit pretium,
Cordis tactu præparáta
Fit sagitta fórtium,
Arma Clavi sunt beáta
Contra vires dæmonum.
Dulcis Hasta, Dei latus
Spoliásti ságuine,
Dulces Clavi, qui reátus
Expurgástis flúmine :
Ut sit mundus emundátus
Et sanátus vulnere.
Hasta fulcit viatóres,
Et tíméntes ánimat,

Et osténso bellatóres
Cordis succo róborat;
Clavus firmat, et dat ro-
res
Pusillósque récreat.

Jesu, victor inferórum,
Qui triúmphas Lancea,
Et virtúte qui Clavó-
rum

Restaurásti ómnia :

Fac ut horum nos armó-
rum

Múniant præsidia.

Amen.

V. Accípíet armatúram
zelus illíus, allelúia. **R.** Et
armábit creatúram ad ul-
tiónem inimicórum, alle-
lúia.

Ad Magnif. Ant. Gaude,
pia plebs justórum, omne
genus Germanórum, tan-
tis de munéribus : nam
clenódia salutis tibi de-
dit Rex virtútis suis de
vulnéribus : Clavos, Lan-
ceam et Crucem, ut se-
quáris Christum ducem,
allelúia.

Oratio.

Domine Jesu Christe,
qui pro saluté mundi
passus es de Corde tuo
aquam et ságuinem per
Lanceam militis emaná-
re : concéde propítius ; ut
sacratíssimi Córporis tui
refóssio peccatórum no-
strórum sit plena remis-
sio : Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invit. Cœléstis Regis
Lanceam venite adoré-
mus. *Et pro Clavis ejus
Christo jubilemus, alle-
lúia.

Ps. Venite, exsultémus.

Hymnus.

P Ascháli júbilo sonent
præcónia
Armórum Dómini, per
quæ victória

Venit Christicolis ; sint
in memória

Crux, et Clavi, et Lancea.

Crux apud inferos spó-
liat tártara,

Lancea súperis tribuit
præmia,

Clavi consóciant cœloset
ínfima,

Fletum mutant lætítia.

Clavus dum figitur in
Dei mánibus,

Et dum demérgitur in
sacris pédibus,

Hasta dum fódicat latus,
homínibus

Manat grátia flúvius.

Lancea sæviens in Dei
péctore,

Et inde próferens aquam
cum ságuine,

Mundum lætíficat ímpe-
tus flúmine :

Omnes ad aquas cúrrite.

Te, summa Déitas, cœ-
lum magníficat,

Ordo Seráphicus láudi-
bus insonat,

His noster páriter coetus
se misceat,
Et in sæcula te canat.
Amen.

In I. Nocturno.

Ant. Exaltátur Crucis
lignum, dum Christus oc-
cúbuit lanceátus, a mali-
gno hoste nos erípuit, al-
lelúia.

Ps. Beátus vir. Quare fre-
muérunt. Dómine, quid.
ut in j. Nocturno de
Comm. unius Mart.

V. Tuam Lánceam ad-
orámus, Dómine, allelúia.

R. Tuam gloriósam pas-
siónem recólimus, alle-
lúia.

De libro secúndo Paralí-
pómenon.

Lectio j. **Cap. 9.**

R. Ecit igitur rex Sá-
lomon ducéntas
hastas áureas de
summa sexcentórum au-
reórum, qui in singulis
hastis expendebántur, tre-
cénta quoque scuta áurea
trecentórum aureórum,
quibus tegebántur sín-
gula scuta, posuítque ea
erex in armentário, quod
erat cónsítum némore.

R. Vidéte gloriósa loca
Clavorum et latus meum
Láncea perforátum pro
salúte mundi : * Palpáte
et vidéte, quia ego ipse
sum, allelúia, allelúia.

V. Vere languóres no-
stros ipse tulit, et doló-
res nostros ipse portávit.
— Palpáte.

De libro Sapiéntiæ

Lectio ij. **Cap. 5.**

R. ET accípíet armatúram
zelus illius, et armá-
bit creatúram ad ultió-
nem inimicórum. Induet
pro thoráce justítiam, et
accípíet pro gálea judí-
cium certum. Sumet scu-
tum inexpugnábile, æquitá-
tem. Acuet autem du-
ram iram in lánceam, et
pugnábit cum illo orbis,
terrárum contra insen-
sátos.

R. Latus ejus apéruit,
allelúia ; patefécit óstium
vitæ : * Allelúia, allelúia.
V. Ingrediámur illud. —
Allelúia, allelúia.

De Epístola beáti Pauli
Apóstoli ad Ephésios.

Lectio iij. **Cap. 6.**

Induíte vos armatúram
Dei, ut possítis stare
advérsus insídias diabóli :
quóniam non est nobis
collectátio advérsus car-
nem et ságuinem, sed
advérsus príncipes et po-
testátés, advérsus muni-
di rectóres tenebrárum
harum, contra spirituá-
lia nequítiae in cœlesti-
bus. Proptérea accípíte
armatúram Dei, ut pos-

sítis resistere in die malo,
et in ómnibus perfecti
stare : State ergo suc-
cíncti lumbos vestros in
veritáte, et indúti lorí-
cam justítiae, et calceáti
pedes in præparatiónem
Evangélii pacis, in ómni-
bus suméntes scutum
fidei, in quo possítis óm-
nia tela nequissimi ignea
exstinguere : et gáeam
salútis assúmite, et glá-
dium spíritus, quod est
verbum Dei.

R. Inter clavos Chri-
stus in Cruce soporátus
est, * Allelúia, allelúia.

V. Et in sancta resurre-
ctióne mundus in ejus láu-
dibus vigilávit. — Alle-
lúia. Glória Patri. Allelúia.

In II. Nocturno.

Ant. Tuam Lánceam
adorámus, Dómine, et
tuam gloriósam passi-
onem recólimus, allelúia.

Ps. Cum invocárem.
Verba mea. Dómine, Dó-
minus noster. *ut in ij.*
Nocturno de Comm.
unius Mart.

V. Vere languóres no-
stro ipse tulit, allelúia.

R. Et dolóres nostros
ipse portávit, allelúia.
Sermo Innocéntii Papæ
sexti.

In Decret. de Festo Lan-
cæe et Clavor. Domini.

Lectio iv.



N Redemptóris no-
stri Dómini Jesu
Christi sacratis-
sima passióne sic nos
gloriári opórtet, ut ipsius
passiós cuncta mysté-
ria dinumerátes, et mé-
rita, singulis étiam ejus
salutáribus instrumentis
gloriémur. Inter quæ il-
lum célebriter memorán-
dum est, quod ipse Sal-
vátor, emisso in cruce
jam spiritu, sustinuit per-
forári láncea latus suum,
ut inde ságuinis et
aquæ profluéntibus undis,
formarétur única, et im-
maculáta, ac virgo san-
cta mater Ecclésia, spon-
sa sua. O beatíssima ipsius
sacri láteris apertúra,
unde nobis tot et tanta
divinæ pietátis dona flu-
xérunt ! O felix láncea,
quæ tot bona nobis effi-
cere, et ad tanti triúm-
phi glóriam méruiť su-
peráddi !

R. Surge, Virgo Ecclé-
sia, Sponso redde mún-
nia ; cui Clavi grávia
ímprimunt vestigia, per
quæ ruit infernalis Sís-
ara, * Nam clavum Jahel
málleo fixit in ejus tē-
pora, allelúia, allelúia.

V. Dulces Clavi, púngite
corda nostra. — Nam.

Lectio v.

HÆC latus ipsum aperiendo, sacratissimas januas nobis regni cœlestis aperuit. Hæc vulnerando jam mortuum, vulnera nostra sanavit, vitamque nobis reddidit, et salutem. Hæc innocium transigendo, illius sanguine culpas nostras abstersit : et demum eisdem sacratissimis undis irrigata, cœcitatibus nostræ tenebras sustulit, et nos ipsius divinæ pietatis fluvii mundavit. Illi etiam dulces clavi, (quibus ipse Salvator eidem cruci fuit affixus, quique non solum immaculato respèrgi sanguine, et mole ferre tanti ponderis meruerunt, sed et nos etiam per ipsorum salutíferas plagas dulcedinem tantam ipsius divinæ caritatis accëpimus, ut manus nostræ a peccati solutæ nexibus, pedesque nostri a mortis laqueis fuerint liberati) sunt devotissime recolendi.

R. Hasta nitet margaritis nimis coruscantibus. **A.** Allelúia, allelúia, allelúia. **V.** Mucro gemmis infinitis sanguine vernantibus. Allelúia.

Lectio vj.

Quid enim vulnerere, et plagis hujusmodi sanctius? Quid eis salubrius, ex quibus salus nostra processit, et in quibus assidue se possunt curare animæ devotorum? Licet igitur lancea, et clavi prædicti, aliaque ipsius passionis salutaria instrumenta sint a cunctis fidelibus Christi ubilibet veneranda, et de ipsa etiam passione in eadem Ecclesiâ solémnia annis singulis Officia celebrantur et fiant; dignum tamen, et conveniens, reputamus, si de ipsius passionis specialibus instrumentis, et præsertim in partibus, in quibus instrumenta ipsa dicuntur haberi, solémne ac speciale festum celebretur et fiat, nosque illos fideles Christi, qui aliqua ex instrumentis ipsius habere se gaudent, in eorum devotione divinis Officiis, atque munerebus specialiter foveamus.

R. Jesus, nostra spes suavis ab ubèribus. Allelúia, allelúia, allelúia. **V.** Pro nobis fossus Clavis in palmis atque pedibus. — Allelúia. Gloria Patri. Allelúia.

In III. Nocturno.

Ant. Tu, Christe, nostrum gaudium, de lanceato latere da oris mellificium ardente corde sugere, allelúia.

Ps. Cantáte. Dominus regnavit. Cantáte... quia ut in **ij. Nocturno de Comm. Virginum.**

V. Omnis terra adoret te et psallat tibi, allelúia. **R.** Psalmum dicat nomini tuo, Domine, allelúia.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 19.

In illo tempore : Sciens Jesus, quia omnia consummata sunt, ut summaretur Scriptúra, dixit : Sitio. Et reliqua. Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tract. 120. in Joannem.

Nus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret : Latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud; sed, aperuit; ut illic quodammodo vitæ ostium panderetur, unde sacramenta Ecclesiæ manaverunt, sine quibus ad

vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille sanguis, qui fusus est, in remissionem fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculum; hæc et lavacrum præstat, et potum. Hoc prænuntiabat, quod Noë in latere arcæ ostium facere justus est, quo intrarent animalia, quæ non erant diluvio peritura, quibus figurabatur Ecclesiâ.

R. Vibrans miles Lanceam acutissimam, aperuit templum gloriæ Dei, * In quo habitat plenitudo divinitatis, allelúia, allelúia. **V.** Ibi abscondita est fortitudo ejus : ante faciem ejus ibit mors. — In quo.

Bened. Divinum auxilium.

Lectio viij.

Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, et appellata est vita, materque vivorum. Magnum quippe significavit bonum ante magnum prævaricationis malum. Hic secundus Adam, inclinato capite, in cruce dormivit; ut inde formaretur ei conjux, quæ de latere dormientis efflavit. O mors, unde mór-

tui reviviscunt! Quid isto sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius? Facta sunt enim hæc, inquit, ut Scriptura impleretur: Os non minuétis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Vidébunt in quem transfixerunt.

R. Tuam Lanceam adorámus, Dómine, allelúia: tuam gloriósam recólimus passiónem, * Allelúia, allelúia, allelúia. **V.** Hasta Regem glóriæ cruentávit Christum. — Allelúia. Glória Patri. Allelúia.

Lectio 1r.

DUO testimónia de Scripturis singulis reddidit, quasi facta fuissent, narrávit. Nam quia dixerat: Ad Jesum autem cum venissent, ut vidérent eum jam mórtuum, non fregérunt ejuscruca; ad hoc pértinet testimónium: Os non minuétis ex eo: quod præcéptum est eis, qui celebráre Pascha jussi sunt, ovis immolatione, in veteri lege, quæ Dominicæ passiónis umbra præcéserat. Unde Pascha nostrum immolátus est Christus, de quo Isaiás Prophéta dixerat: Sicut ovis

ad occisióne ductus est. Item, quia subjúnxerat, dicens: Sed unus militum lancea latus ejus aperuit; ad hoc pértinet álterum testimónium: Vidébunt in quem transfixerunt. Ubi promissus est Christus, in ea qua crucifixus est, carne venturus.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

et per Horas, Ant.

1. Hasta Regem glóriæ Christum cruentávit, dum crucis in árbore Dóminus regnávit, allelúia.

Ps. Dóminus regnávit.
2. Hanc tremendam Lanceam omnes adorémus, et in ejus laudibus semper jubilémus, allelúia.

3. Unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua, allelúia.

4. Fui mórtuus, et ecce sum vivens in sæcula sæculórum, allelúia.

5. Sempiterna gáudia Christus tunc donávit, cum Clavis et Lancea mortem superávit, allelúia.

Capitulum.

Sap. 5.

SUmet Dóminus scutum inexpugnabile, æquitatem, ácuet autem

duram iram in lanceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensátos.

Hymnus.

Verbum supérnum prædiens, Salváre quod perierat, Hasta Clavisque móriens Complévit ad quod venerat.

O gloriósa Lancea! Timor tremórque dæmonum!

Regna pandis siderea Per sanctæ necis méritum.

De Clavorum stigmátibus

Emánat mundi prétium, E cunctis aromátibus Spirans odórem cœlicum.

In corde Christi mérgitur

Mucro leónæ sævior: De forti fons exóritur Cibusque melle dúlcior.

In Natum Pater phialam Effúdit iracúndiæ, Ut nobis cœnam máximam

Gratis suæ det glóriæ.

O Christe nostrum gáudium,

De vulneráto latere Da lac, et vinum défluum Ardente corde sugere.

Precámur, Auctor ómnium,

Tu nostra sis refectio;

Tuórum perque méritum Armórum sis protectio.

Amen.

V. Per sanctam Lanceam de inimicis nostris, allelúia. **R.** Libera nos, Deus noster, allelúia.

Ad Bened. Ant. O felix et omni laude digna Lancea Salvatoris! quæ pertransiens latus ejus, chi-rographum peccati affixit patibulo crucis, allelúia.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui pro salute mundi passus es de Corde tuo aquam et sanguinem per Lanceam militis emanare: concede propitius; ut sacratissimi Corporis tui perfossio peccatorum nostrorum sit plena remissio: Qui vivis et regnas.

AD PRIMAM.

Ant. Hasta Regem glóriæ.

R. br. Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis. * Allelúia, allelúia. Christe.

V. Qui vulneratus es pro nobis. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Christe.

V. Exsúrge, Christe, ádjuva nos, allelúia. **R.** Et libera nos propter nomen tuum, allelúia.

AD TERTIAM.

Ant. Hanc tremendam Lanceam.

Capit. Sumet Dóminus.
ut supra in Laud. 38.

R. br. Apprehénde arma et scutum, * Allelúia, allel. Apprehénde. **V.** Et exsúrge in adiutoriúm mihi. Allelúia, allelúia. **G**loria. Apprehénde.

V. Foderunt manus meas, et pedes meos, allelúia. **R.** Dinumeravérunt ómnia ossa mea, allelúia.

AD SEXTAM.

Ant. Unus militum.

Capitulum. Apoc. 1.

Gratia vobis, et pax ab eo, qui est, et qui erat, et qui venturus est; et a Jesu Christo, qui est testis fidélis, primogénitus mortuórum, et princeps regum terræ: qui diléxit nos, et lavit nos a peccátis nostris in sanguine suo.

R. br. Foderunt manus meas, et pedes meos, * Allelúia, allelúia. Foderunt. **V.** Dinumeravérunt ómnia ossa mea. Allelúia, allelúia. **G**loria Patri. Foderunt.

V. Quem tu percussisti, persecúti sunt, allelúia. **R.** Et super dolórem vulnerum meórum addiderunt, allelúia.

AD NONAM.

Ant. Sempitérna gáudia.

Capitulum. Apoc. 1.

Go sum primus et novissimus; et vivus, et fui mórtuus, et ecce sum vivens in sæcula sæculórum.

R. br. Quem tu percussisti, persecúti sunt, * Allelúia, allelúia. Quem tu. **V.** Et super dolórem vulnerum meórum addiderunt. Allelúia, allelúia. **G**loria Patri. Quem tu.

V. Ipse vulnerátus est propter iniquitates nostras, allelúia. **R.** Attritus est propter scélera nostra, allelúia

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in j., et loco ult. Ps. Crédidi, propter quod locútus sum.

Ad Magnif., Ant. Colaudémus Christi cleméntiam, qui per gloriósos Clavos et Lanceam dat Ecclésiæ de inimicis victóriam, et in celo vitam et corónam perpétuam, allelúia.

DOMINICA II.
POST PASCHA.

S. Ludgeri

Proto-Episc. Monaster.

Duplex j. cl. cum Oct.

IN I. VESPERIS.

Ant. de Laudibus. Ps. ut in j. Vesp. de Comm.

Apost.

Capitulum. 1. Timoth. 1.

Gratias ago ei, qui me confortávit, Christo Jesu Dómino nostro, quia fídem me existimávit, ponens in ministério.

Hymnus.

Præsulem lætis beátum
Concinámus méntibus,
Qui Deum, Deique Natum
Prædicávit géntibus;
Rhenus, Albis et Visúrgis
Quas rigant, et Amasis.
Copiósus atque claris
Editus paréntibus,
Cuncta Christi lætus aris
Donat, ac egéntibus:
Templa fundat, atque
mundat

Quinque Jesu fóntibus.
Hinc avitæ sancta vitæ
Verba nobis édidit:
Et bonórum vera morum
Norma nobis éstitit.
Quisque credat, nec recédât

A fide, quam trádidit.
Sic ad astra sublevábit
Sic avérni liberábit
Igne Christi caritas,
Atque Sancti nos amábit
Spíritus benignitas.

Amen.

V. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi, allelúia. **R.** Ad sacrificándum ei hóstiam laudis, allelúia.

Ad Magnif., Ant. Dedit Deus pastóres et doctóres ad consummationém Sanctórum in opus ministérii, in ædificationém Córporis Christi, allelúia.

Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem sacratissimam nobis in beáti Ludgeri, Confessoris tui atque Pontíficis, solemnitate tribuisti: concède propitius; ut qui ejus gaudémus méritis, provocémur exémples, et ejus intercessióne véniam et vitam mereámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

Et fit Comm. Dom. II. post Pascha.

AD MATUTINUM.

Omnia de Comm. Conf. Pont., præter sequentia.
Invit. Christum Pastórum Principem, * Veníte, adorémus, allelúia.

Ps. Veníte, exsultémus.

Hymnus.

Astra, tellus, aër, unda
Coetibuspsalléntium,
Obvolúta noctis umbra,
Dulce dant siléntium:
Ergo sursum corda cursum

Dirigant canéntium.

Nocte lux septentrionis
Præsul hic sanctissimus
Usque prædicatiónis
Fractus a labóribus,

Astra scandit, atque pandit

Dux piis fidélibus.

Hunc amémus, hunc sequámur

Per salutis sémitam,
Ut sequéntes provehá-
mur

Ad suprémam pátriam
Et perénnem consequá-
mur

Morte sancta glóriam.

Christe duro fixe ligno,
Atque vere mórtue,
Mortis hora tu maligno
Nos ab hoste prótege :
Mortuósque nos benigno
Intuére lúmíne.

Amen.

In j. Noct., *Lectiones.*
Fidélis sermo. *de Comm.*

In II. Nocturno.

Lectio ib.



Udgerus in Frisia
nóbili géneré na-
tus, adhuc adolé-
scens sancto Gregório
Ultrajecténsi Præsuli trá-
ditus est, Dómíno educán-
dus. Hoc magistro prima
doctrínæ et vitæ sanctió-
ris fundaménta jecit; quæ
post Eboráci in Anglia
sub Alcuíno ad eum per-
fectiónis ápicem perdú-
xit, ut mox ipse Doctor
eximius discipulos in vir-
tute scientiæque sólíde
erudíret, et libros de ge-
stis Sanctórum erudíte

conscripserit. Noctu psal-
módia et oratióni, inter-
diu sacrárum litterárum
lectiáni, et meditatiáni
assidue inténtus, aptum
sese réddidit apostólicis
labóribus lucrándisque
Deo gentílibus instru-
méntum. Quare a sancto
Alberico Episcopo ad
prædicándum Christi
Evangélium in Frisiam
missus, ecclésiám Davén-
triæ a sancto Leboíno ex-
strúctam, et a Saxónibus
infidélibus exústam resti-
tuit. Suscépto Presbytérii
gradu, ob persecutiónem
Wittikíndi e Frisia Ro-
mam perréxit; inde redux
in monastério Cassinénsi
sub Theotmáro Abbáte
aliquámdiu sancte con-
versátus, sancti Benedi-
cti régulam dídicit. Quin-
que pagos et insulam
unam ab idólis ad veri
Dei cultum tradúxit. In-
sulam áliam Frísia, Da-
niæque confínem, cru-
cem manu tenens, et pre-
ces ad Dóminum cum
láudibus fundens, dæ-
mone sub calígine tene-
brósa fugiéntem liberávit,
ac fide Christi imbuit.

✠. Inveni David ser-
vum meum, óleo sancto
meo unxi eum : * Manus
enim mea auxiliábitur ei,

allelúia. *V.* Nihil profici-
et inimicus in eo, et fi-
lius iniquitátis non nocé-
bit ei. — Manus.

Lectio v.

Mira semper in eo elú-
cens prudéntia et
temperántia, mansuetú-
do et vultus hiláritas, óm-
nibus carum amabilém-
que réddidit. Tanta fuit
abstinéntia, ut illum cibo
vel potu satiátum, disci-
pulórum nemo unquam
viderit : humilitáte tanta,
ut oblátum Episcopátum
ægre tandem admiserit,
ásserens, Episcopum
oportére irreprehensibi-
lem esse. Rígídis in se
usque ad finem vitæ, clam
cilicio carnem dómuit :
benignus in álios, réddi-
tus omnes, servátis sibi
tantum necessariis, in
egénos distribuit : ánses
silvéstres agris nóxios
proscripsit. Páuperes

æque ac dívites mensæ
adhíbit, nec minus do-
céméntis spirituálibus,
quam épulis carnálibus
refécit. Veré pater páu-
perum, contémpтор sui,
ómnibus ómnia factus, ut
omnes salvos fáceret. Vo-
lente Cárolo rege, in pago
Súdergæ, in loco Mimi-
gérnefort dicto, mona-
stérium constrúxit sub

régula canónica Christo
famulántium, quod póst-
modum urbi nomen de-
dísse fertur. Ibidem Ec-
clésiæ a se erectæ pri-
mus Episcopus præfuit.
Werthínæ et Helmstádii
Religiosórum cœnóbia
côndidit et fundávit : at-
que ita incredíbili zelo
infidélibus Saxóniæ occi-
dentális pópulis Evangé-
lium annúntians, idolo-
latriam exstírpsans, ecclé-
sias érigens, et presbyte-
ros per loca singula ór-
dinans, Religiónem chris-
tiánam mirifice propa-
gávit.

✠. Pósuí adjutórium su-
per poténtem, et exaltávi
eléctum de plebe mea :
* Manus enim mea auxi-
liábitur ei, allelúia. *V.* In-
veni David servum
meum, óleo sancto meo
unxi eum. — Manus.

Lectio vj.

Denique ad Nordmán-
nos Christo subju-
gándos sese accingens, in
morbum incidit. Eorúm-
dem irruptiõem et no-
vellæ Ecclésiæ persecu-
tiõem, pacémque deinde
reditúram spiritu pro-
phético prædíxit, even-
túsque respóndit. Morbo
duránte, nihil de sólito
fervóre ac indefesso la-

bóre, nihil de crebra verbi divini prædicatione, et quotidiana prope sacrificii incruenti oblatione remisit. Ipsa ea Dominica, última vitæ suæ die, mane Coesfeldiæ Missam canente Presbytero, a meridie Billerbécæ, pro concione dixit, atque hic última Missæ solémnia devôte celebrávit. Nocte subsequente, ut prædixerat, in discipulorum coróna, vir sanctus, méritis plenus, diléctam Deo ánimam piissime reddidit, anno salutis octingentesimo nono, septimo Kalendas Aprilis. Eadem noctis hora Gerfrido nepóti et successóri ejus, ac Frátribus ad ipsum viséndum properántibus, in via conspéctum ingens lumen, ignis instar, in sublíme elátum, certum óbitus indícium præbuisse compértum est. Corpus íntegro post óbitum mense, Monastérii in ecclésia sanctæ Mariæ inhumátum, et suávi odóre fragrans, Werthínæ, ut vivus jússerat, conditum est, ubi hodiédum requiescit illuminátis cæcis, curátis surdis, sanátis paralyticis, ejéctis dæmónibus, aliisque exhibitis

cclibus beneficiis clarissimum.

R. Iste est qui.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. **Cap. 5.**

IN illo témpore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Isidóri Episcopi.

Ex libr. 2. Officior. ad S. Fulgentium, cap. 5.

EUI in erudiéndis atque instituéndis ad virtútem pópulis præerit, necesse est, ut in ómnibus sanctus sit, et in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim álium de peccátis arguit, ipse a peccátis debet esse aliénus. Nam qua fronte subjéctos arguere póterit, cum illi statim possit correctus ingérere : Ante doce te, quæ recta sunt. Primitus quippe semetipsum corrigere debet, qui álios ad bene vivéndum admonére studet ; ita ut in ómnibus semetipsum formam vivéndi præbeat, cunctósque ad bonum opus, et doctrína et ópere próvocet. Cui étiam sciéntia Scripturá-

rum necessária est. Quia si Episcopi tantum sancta sit vita, sibi soli proddest sic vivens. Porro si et doctrína et sermóne fúerit eruditus, potest céteros quoque instrúere, et docére suos, et adversários repercutére ; qui nisi refutáti fúerint atque convícti, fácite possunt simplicium corda pervértere.

R. Exhibuit seipsum sicut Dei místrum, * In multa paciéntia, in castitate, in sciéntia, in caritate non ficta, alleluia. **V.** Suscipiebat omnes prædicans regnum Dei. — In multa.

Lectio vij.

HUjus sermo debet esse purus, simplex, apértus, plenus gravitátis et honestátis, plenus suavitátis et grátia, tractans de mystério legis, de doctrína fidei, de virtúte continentia, de disciplina justitia : unumquemque admonens diversa exhortatione, juxta professionem, morumque qualitatem ; scilicet ut prænoscat, quid, cui, quando, vel quomodo præferat. Cujus præ céteris speciale officium est, Scripturas legere, percurrere

cánones, exempla Sanctorum imitari, vigiliis, jejuniis, orationibus incumbere, cum fratribus pacem habere, nec quemquam de membris suis discernere, nullum damnare, nisi comprobatum, nullum excommunicare, nisi discussum. Quae ita humilitate pariter et auctoritate præesse debet, ut neque per nimiam humilitatem suorum subditorum vitia convallescere faciat, neque per immoderantiam severitatis potestatem exerceat, sed tanto cautius erga commissos sibi, quanto durius a Christo indagari formidat.

R. Ostendit ex bona conversatione operationem suam, * In mansuetudine sapientia, alleluia. **V.** Potens exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere. In mansuetudine. Glória Patri. — In mansuetudine.

Lect. ix. de Hom. Dom.

AD LAUDES,

et per Horas, Ant.

T. Qui intrat per ostium, pastor est ovium : huic ostiarius aperit, et oves vocem ejus audiunt, alleluia.

Ps. Dóminus regnávít.

2. Próprias oves vocat nominátim, et edúcit eas, et ante eas vadit, allelúia.

3. Oves illum sequúntur, quia sciunt vocem ejus: álium autem non sequúntur, sed fúgiunt ab eo, allelúia.

4. Fur venit, ut perdat: mercenárius videt lupum, et fugit: bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis, allelúia.

5. Spiritus sanctus pòsuit Episcopos régere Ecclésiám Dei, quam acquisívit ságuine suo, allelúia.

Capitulum. i. Timoth. i.
Grátiás ago ei, qui me confortávit, Christo Jesu Dómino nostro, quia fidélem me existimávit, ponens in ministério.

Hymnus.

LUX seréna, lux decóra
Solis almi spárgitur,
Cum rigéntis orbis ora
Igne Christi tángitur;
Nox facéssit, Styx pavéscit,
Sancta Crux extóllitur.
Hoc Sacérdos ille magnus
Hisce terris præstitit,
Fortis heros, mitis agnus
Corda Christo súbdidit,

Et lupórum barbarórum
Pastor ora cóntudit.

Dum cruéntis Cæsar armis

Vincit hanc provinciám,
Incuéntis sanctus aris

Præsul offert Hóstiam:
Sic parávit atque pavit

Primus hanc Ecclésiám.
Hic avitæ sancta vitæ

Verba nobis édedit,
Et bonórum vera morum

Norma nobis éxstitit:
Quisque credat, nec recédát

A fide, quam trádidit.

Sic ad astra sublevábit

Nos patérna cláritas,
Sic avérni liberábit

Igne Christi caritas,
Atque Sancti nos amábit

Spiritus benígnitas.

Amen.

V. Tu es sacérdos in ætérnum, allelúia. **R.** Secúndum órđinem Melchisedech, allelúia.

Ad Bened. Ant. Qui fécerit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum, allelúia, allelúia.

Oratio.

DEus, qui hodiérnam diem sacratíssimam nobis in beáti Ludgéri, Confessóris tui atque Pontíficis, solemnitate tribuísti: concéde propítius; ut, qui ejus gaudé-

mus méritis, provocémur exémplic, et ejus intercessióne véniam et vitam mereámur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. Domin.

AD TERTIAM.

Ant. Próprias oves.

Capit. Grátiás ago. **ut in Laud.** 46.

R. br. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum,

* Allelúia, allelúia. Amávit. **V.** Stulam glóriæ induit eum. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Amávit.

V. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi, allelúia.

R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis, allelúia.

AD SEXTAM.

Ant. Oves illum sequúntur.

Capitulum. Hebr. 13.
Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intuéntes éxitum conversatiónis, imitámini fidem.

R. br. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi,

* Allelúia, allelúia. Elégit.

V. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis. Allelúia, allelúia. Glória. Elégit.

V. Tu es sacérdos in ætérnum, allelúia. **R.** Secúndum órđinem Melchisedech, allelúia.

AD NONAM.

Ant. Spiritus sanctus.

Capitulum. i. Petri 5.
PAscite, qui in vobis est, gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontáneè secúndum Deum: neque turpis lucrigrátia, sed voluntárie; neque ut dominátes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et cum apparúerit Princeps pastórum, percipiétis immarcescibilem glóriæ coronám.

R. br. Tu es sacérdos in ætérnum, * Allelúia, allelúia. Tu es. **V.** Secúndum órđinem Melchisedech. Allelúia, allelúia. Glória Patri. Tu es.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúia. **R.** Et osténdit illi regnum Dei, allelúia. **IN II. VESPERIS.**

Ant. et Capit. de Laud;
Ps. de Dominica, sed loco ultimi: Meménto, Dómine, David.

Hymnus.

Sancta vesper festa claudit
Gloriósi Præsidis,
Cujus omnis terra plaudit
Inclýtis præcóniis:
Aula cœli cum fidéli
Plebe certat cánticis.

Jam labóres terminávit,
Atque clara proelia,
Regna Christo subjugávit

Dura per certámina,
Et supréma comparávit
Morte sacra præmia.
Patris hujus æmulémur,
Fili, charismata,
Hoc Patróno gloriémur
In fide veríssima,
Quam docébit et tenébit
Semper hæc Ecclésia.
Hoc piæ divinitátis
Præstet alma Trínitas,
Sempiternæ Trínitátis
Vera præstet Unitas;
Nos choris jungat beá-
tis
Spes, fides et caritas.

Amen.
¶ Elégit eum Dóminus
sacerdotem sibi, alle-
lúia. **R.** Ad sacrificán-
dum ei hóstiam laudis,
allelúia.

Ad Magnif. Ant. Qui
docti fuerint, fulgébunt
quasi splendor firmamén-
ti: et qui ad justítiam
erúdiunt multos, quasi
stellæ, in perpétuas æter-
nitates, allelúia.

Et fit Com. Domin.

SECUNDA DIE INFRA OCT.

S. Ludgeri.

In j. Nocturno, Lectio-
nes de Scriptura occur-
rente.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Ambrósii
Episcopi.

Serm. de Depos. S. Eusebii.

Lectio ib.

Epositionem san-
cti Ludgeri hódie
celebrámus. Quid
est depositio? Non illa
útique, quæ sepeliendis
in terra membrórum re-
liquiis clericórum máni-
bus procurátur: sed illa,
qua, homo, vinculis car-
nálibus absolútus liber-
itúrus ad cœlum, terré-
num corpus expónit. Ipsa
plane est depositio, in
qua concupiscere abjici-
mus, cessámus delinque-
re, peccáre desinimus, et
totum quiddid salúti est
grave, quasi abjecta sár-
cina óneris, expónimus.
Nam ídeo hæc dies pro
celebritate máxima pro-
curátur, quia vere est
summa Festivitas, mór-
tuum esse vitiis, soli vi-
gére justítiæ.

R. Invéní David.

Lectio b.

Unde et depositionis
ipsa dies natális di-
citur, quod delictórum
cárcere liberáti, libertáti
náscur Salvatóris. Sed
videámus, sanctus Lud-
gerus cum qua glória ad
hanc diem depositionis

advénerit. Voláre non
potest, nisi quod purum,
leve atque subtile est,
cujus nec sincéritas in-
temperántia retardátur,
nec alácritas, nec velóci-
tas mole gravátur. Gra-
vári autem volátum dico,
non tam mole membró-
rum, quam pónere deli-
ctórum. Unde puto étiam
in ipsis ávibus ideo veló-
cius colúmbam pene præ-
ómnibus volítare, quod
alacritátém et innocén-
tiam cômítetur.

R. Pósuí adjutórium.

Lectio bj.

Denique sanctus David
cum puritáte mentis
voláre concupisceret, non
altérius animántis nisi col-
úmbæ optávit alas, di-
cens: Quis dabit mihi
pennas sicut colúmbæ, et
volábo, et requiêscam?
Intelligébat enim, quod
altióra facilius penetrán-
tur simplicitáte mentis,
quam levitáte pennárum.
Volávit ergo hac die san-
ctus Ludgerus. Æstimé-
mus jam ejus innocén-
tiam de volátu, et puritá-
tem ejus de ipsa elatióne
judicémus: tamquam col-
úmba enim in domo Dei
degens, assúpsit spiri-
tuales pennas et requiêvit
in monte. **R.** Iste est qui.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii
secúndum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

In illo témpore: Dixit
Jesus discipulis suis:
Vos estis sal terræ. Quod
si sal evanúerit, in quo
salietur? Et reliqua.

Homília S. Hierónymi
Presbyteri.

Libr. 1. Comm. in Matth.

SAL appellántur
Apóstoli et Do-
ctóres: quia per
illos univérsum hóminum
conditur genus. Quod si
sal evanúerit, in quo sa-
liétur? Si doctor erráve-
rit, a quo alio doctóre
emendábitur? Ad nihi-
lum valet ultra, nisi ut
mittátur foras, et concul-
cétur ab homínibus.
Exémplum de agricultúra
sumptum est. Sal enim
sicut in cibórum condi-
méntum et ad siccándas
carnes necessárium est,
ita álium usum non ha-
bet. Certe légitimus in
Scriptúris, urbes quas-
dam ira victórum sale
seminátes, ut nullum in
ipsis germen orirétur.

R. Exhibuit. 45.

Lectio viij.

Caveant ergo doctóres
et Episcopi et vídeant
poténtes poténter susti-

nere torménta, nihilque esse remédii, sed májorum ruinam ad tárтарum dúcere. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem pósa: neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum ut luceat ómnibus, qui in domo sunt. Docet fidúciám prædicándi, ne Apóstoli abscondántur ob metum, et símiles sint lucérnæ sub módio, sed tota libertate se probant: ut quod audiérunt in cubiculis, prædicent in tectis.

R. Osténdit. 46.

Lectio ii.

Nolite putare, quóniam veni sólvare legem, aut prophétas: non veni sólvare, sed adimplere. Sive quod de se per alios prophetata compléverit, sive quod ea, quæ ante propter infirmitatem audiéntium rúdia et imperfecta fuérant, sua prædicatione compléverit, iram tollens, et vicem taliónis excludens, et occúltam in mente concupiscéntiam dampnans. Donec tráns-eat cælum et terra. Pro-mittúntur nobis cœli novi, et terra nova, quæ factúrus est Dóminus Deus.

Si ergo nova creánda sunt, consequénter vétera transitúra.

Te Deum laudámus.

TERTIA DIE INFRA OCT.
S. Ludgeri.

**In j. Nocturno, Lectio-
nes de Scriptura occurr.**

In II. Nocturno.

Sermo sancti Gregórii
Nysséni.

**In funere magni Metetii,
circa medium.**

Lectio iv.

UM primum bene morata ac modesta Ecclésia beatum Ludgerum vidit, vidit faciém ad imaginem Dei vere formátam, vidit dilectiónem fontis modo scaturientem, vidit gratiam lábiis circumfúsam, ánimi demissionis summum gradum, post quem ámplius quidquam cogitari non potest. Vidit mansuetúdinem atque cleméntiam, qualis in Davide fuit: qualis in Salomóne intelligéntiam atque prudéntiam; qualis in Móyse, bonitatem: qualis in Samuэле, perfectiónem: qualis in Josépho, continéntiam pudicitiamque; qualis in Daniэле, sapiéntiam: quemádmódum magnus Elías, zelo

fidei præditum: sicut sublimis Joannes, integritate corporis ornatum: sicuti Paulus, inexpugnabili præditum dilectione. Vidit tot bonorum circa unam animam concurrere. Amore beato vulnerata est, casto bonoque sponsum suum amore atque benevolentia prosecuta dilexit.

R. Inveni David.

Lectio v.

SED priusquam cupiditatem expleret, antequam desiderium recrearet atque sedaret, amoris vi fervens, tentationibus athletam ad certamina vocantibus, sola relicta est. Atque ille quidem in certaminibus pro pietate susceptis desudabat, hæc vero durabat in castitate matrimonium conservans. Non ablatus est a nobis sponsus: in medio nostrum stat, etiámsi nos non videamus; in adytis ac penetrabilibus Sacerdos est: in interioribus veli, quo præcursor pro nobis ingressus est Christus, reliquit carnis tegumentum. Non ámplius signo et umbræ cœlestium servit, sed in ipsam rerum ámplius per spéculum at-

que per transennam et ænigmata, sed ipsa facie cum facie collata intercedit apud Deum.

R. Pósuí adjutórium.

Lectio vij.

INtercedit autem pro nobis, et pópulis erratis. Depósuít tunicas pelliceas: neque enim talibus tunicis opus habent, qui in Paradiso degunt, sed habet indumenta, quæ puritate vitæ suæ contéxuit, iisque sese exornávit. Honorata ac pretiosa coram Dómino talis viri mors est; imo vero non mors, sed ruptúra membrórum est. Dirupisti enim, inquit, vincula mea. Dimissus est Simeon, liberatus est a vinculis corporis: láqueus contritus est, et avícula avolávit. Ingressus est terram promissionis, in monte cum Deo philosophátur. Solvit animæ calceamentum, ut pura planta mentis terram sanctam, ubi conspíctur Deus, conscenderet.

R. Iste est qui.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangélii
secúndum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 5.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod

si sal evanúerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii
Episcopi.

Comment. in Matth.
can. 4. post init.



VOS estis sal terræ; quod si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet id quod salietur. Sal, ut arbitror, terræ nullum est: quomodo ergo Apóstolos sal terræ nuncupavit? Sed proprietas est querenda dictorum, quam et Apóstolorum officium et ipsius salis natura monstrabit. Sal est in se uno continens aquæ et ignis elementum, et hoc ex duobus est unum.

℞. Exhibuit.

Leccio vij.

HIC igitur in omnem usum humani generis effectus, incorruptionem corporibus, quibus fuerit aspersus, impertit, et ad omnem sensum conditi saporis aptissimus est. Apóstoli autem sunt rerum cœlestium prædicatores, et æternitatis velut satores, immortalitatem omnibus corporibus, quibus eorum sermo aspersus fuerit, conferentes. Mérito igitur sal terræ nuncupati sunt, per do-

ctrinæ virtutem saliendo modo æternitati corpora reservantes. ℞. Ostendit.

Leccio ix.

SED natura salis semper eadem est, nec immutari unquam potest. Verum quia conversio homo subiacet, et solus beatus, qui usque in finem in omnibus Dei operibus permanserit; ideo eos sal terræ nuncupatos monet in traditæ sibi potestatis virtute persistere, ne infatuati nihil saliant et ipsi, sensu accepti saporis amisso, vivificare corrupta non possint, et ejectione de Ecclesiæ promptuariis, cum his, quos salierint, pedibus incedentium proterantur.

Te Deum laudamus.

QUARTA DIE INFRA OCT.

S. Ludgeri.

In j. Nocturno Lectione
de Scriptura occur.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Joannis
Chrysostomi.

In Cap. 15. Ep. ad Rom.
serm. 29. circa fin.

Leccio ix.



Christus diligens, et gregem illius utique diligit. Et Moysen tum primum super populum Judæorum

pósuit, quando qua esset in illum benevolentia, re ipsa jam declaraverat. David quoque simili modo regno inauguratus est, posteaquam apparuerat, quam amico esset in populum affectu. Ita quippe juvenis adhuc, populi causa doluit ac zelavit, ut et animam suam exponeret, cum videlicet barbarum illum e medio tollébat. Quod vero dicebat: Quid dabitur ei, qui alienigenam hunc interfecerit? non ideo dicebat, quod mercédem exigeret, sed quo sibi crederetur, et in pugnam cum illo committeretur: nam cum adépta jam victória ad regem esset ingressus, nihil de mercéde meminuit.

℞. Inveni David.

Leccio v.

ET Sámuel quoque benignus erat, et amator populi: unde et dicebat: Absit autem hoc a me peccatum, ut cessem pro vobis orare Dóminum. Ita et Paulus, imo non ita, sed multo plus omnibus ardébat erga súbditos. Unde et discipulos ita erga se animavit, ut diceret: Si possibile fuisset, oculos ve-

stros eruissetis, mihi que dedissetis. Et Christus óptimi Pastóris régulam próferens, dixit: Bonus pastor animam suam ponit pro óvibus. Sunt enim Sanctórum animæ vehementer mites, et hóminum amántes, non solum erga domésticos, sed alienos, ita ut hanc suam mansuetudinem étiam ad animántia bruta exténdant. Propterea et sapiens quispiam dixit: Justus miseretur animarum jumentórum suórum. Si jumentórum, multo magis hóminum.

℞. Pósui adjutórium.

Leccio vi.

Verum quóniam peccorum mentiónem feci, perpendamus et óvium pastóres illos, qui in Capadóciæ regione sunt, quália et quanta pro pecudum suórum custódia patiuntur. Illi sæpenúmero univérsum trídium nive óbruti perdúrant. Dicuntur autem et qui in Lybia sunt, non minóra mala ferre, dum integros menses difficilem illam solitudinem pessimarumque bestiárum plenam vagándo circúmeunt. Si tantum ega pecora diligéntiæ impéndunt pastó-

res illi : quam quæso, excusationem habebimus, quibus rationales animæ creditæ sunt, quod profundum hunc somnum dormimus? An ignoras gregis hujus dignitatem? an illius gratia Dominus tuus innumera non fecit? an non postræmo et sanguinem suum fudit? Tu vero requiem quæris? Et quid poterit pejus esse pastoribus istis?

R. Iste est qui.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 5.

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 15. in Matth.

sub med.

Attendite quid dixerit : Vos estis sal terræ : per quod ostendit, quam necessaria ista præcipiat. Non enim de vestra, inquit, tantummodo vita, sed de universo orbe vobis ratio reddenda est. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut viginti, neque ad unam gentem vos

mitto, sicut mittebam prophetas : sed ad omnem terram prorsus, ac mare, totumque mundum, et hunc variis criminibus oppressum.

R. Exhibuit.

Lectio viij.

Dicendo enim : Vos estis sal terræ, ostendit univèrsam hominum infatuatam esse naturam, et peccatorum vitiositatem et idcirco illas ab eis virtutes requirit, quæ maxime ad multorum salutem procurandam necessariae sunt, atque utiles. Nam, qui mansuetus est, ac modestus, et misericors, et justus, non intrase tantummodo hæc recte facta concludit, verum in aliorum quoque utilitatem præclaros hos faciet effluere fontes. Igitur, qui corde mundo est atque pacificus, et persecutionem pro veritate patitur, nihilominus in communi commodum vitam instituit. **R.** Ostendit.

Lectio ix.

Ne igitur putetis, inquit, ad levina inducendos esse certamina, neque exiguarum rerum vobis ineundam esse rationem, Vos estis sal terræ. Quid igitur? Ipsine

putrefacta medicati sunt? Nequaquam : neque enim fieri potest, ut ea, quæ jam corrupta sunt, salis perfractione reparentur. Non ergo hoc fecerunt, sed ante renovata, sibi que tradita, atque ab illa jam putredine liberata aspergebant sale, et in eanovitate conservabant, quam a Domino susceperant. Liberare quippe a putredine peccatorum, Christi virtutis est ; ut autem ad illam iterum non revertantur, Apostolorum curæ est, ac laboris. **Te Deum.**

QUINTA DIE INFRA OCT.
S. Ludgeri.

In j. Noct., Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

De Sermone S. Joannis Chrysostomi.

Lectio iv. Unde supra.



St homines quidem, qui populis præsent, si quando de rebus fortuitis consulturi sunt, diebus non contenti, noctes etiam vigilando adhibent : nos vero, qui pro ipso celo certamen habemus, ipso quoque die dormimus? Quis, quæso, ab eo nos supplicio eripiet, quod

ipsis debetur? Si enim corpus putredandum exponere, si innumeras mortes ferre oportebat ; numquid ad hoc munus tamquam ad nundinas curandum erat? Hæc autem non solum pastores, sed et oves audiant, ut alacriores faciant pastores, aliud quidem nihil, verum omnem obedientiam animumque, cui persuaderi queat, exhibentes. **R.** Inveni David.

Lectio v.

Ita Paulus præcipit dicens : Obedite præpositis vestris, et subditi estote : nam ipsi vigilant pro animabus vestris, tamquam rationem daturi. Quando vero dicit : Nam ipsi vigilant, innumeros labores, curas et pericula complectitur. Bonus enim pastor et talis, qualem Christus vult, innumeris comparatur martyribus. Propter Christum quippe martyr semel quidem est mortuus, hic vero millies propter gregem : si quidem talis sit pastor, qualem esse oportet : talis enim pastor singulis diebus mori potest. Propterea et vos, cognito isto labore, et precibus, et diligentia, et

ánimi alacritáte, et dilectiõne nos iuváte, ut et nos vestra et vos viscissimõ nostra gloriátio sitis.

R. Põsui adjutõrium.

Lectio vij.

NAM ideo Christus istud Apostolorum Coryphæo et plus ipsum, quam reliqui, diligenti, commendans et injungens primum rogabat, an ab ipso diligeretur, ut discas, quod istud sit ante omnia reliqua dilectionis in Christum positum signum: strenuo siquidem animo hic opus est. Hæc vero mihi de optimis pastoribus dicuntur, non de me ipso, et mei similibus: sed si quis talis sit, qualis erat Paulus, qualis Petrus, qualis Ludgerus. Istos itaque imitemur, et superiores, et subditi: licet enim et subdito pro parte pastorem agere, nempe domus suæ, amicorum, domesticorum, uxoris, liberorum.

R. Iste est qui.

In III. Nocturno.
Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod

si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Hom. 17. in Lucæ cap. 10. ante med.

Considerandum nobis est fratres carissimi, ut qui una eademque exhortationis voce non sufficit simul cunctos admonere, studeat singulos, in quantum valet, instruere, privatis locutionibus edificare. Debemus namque pensare continuo, quod sanctis Apostolis dicitur, et per Apostolos nobis: Vos estis sal terræ. Si ergo sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui pastores estis, pensate, quia Dei animalia pascitis. De quibus profecto animalibus Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea.

R. Exhibuit. 45.

Lectio viij.

ET sæpe videmus, quod petra salis brutis animalibus antepõnitur, ut ex eadem salis petra lambere debeant, et meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in

põpulis. Curare namque sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat; unumquemque qualiter admoneat: ut quisquis sacerdoti jungitur, quasi ex salis tactu, æternæ vitæ sapore condiatur. Sal enim terræ non sumus, si corda audientium non condimus. Quod profecto condimentum ille veraciter proximo impendit, qui prædicationis verbum non subtrahit. Sed tunc vere aliis prædicamus, si dicta rebus et exemplis ostendimus.

R. Ostendit. 45.

Lectio ix.

Nillum autem puto, fratres carissimi, ab aliis majus præjudicium, quam a sacerdotibus, tolerat Deus: quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debemus. Nulla animarum lucra quaerimus, ad nostra quotidie studia vacamus, terræna concupiscimus, humanam gloriam intentam mente captamus. Et quia eo ipso, quo ceteris prælati sumus, ad agenda

quælibet majorem licentiam habemus: susceptæ benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum: Dei causam relinquimus, ad terræna negotia vacamus. Locum sanctitatis accipimus, et terrenis actibus implicamur.

Te Deum.

SEXTA DIE INFRA OCT.

S. Ludgeri.

In j. Nocturno, Lectioes de Scriptura occurr.

In ij. Nocturno, Lect. de Sermone S. Maximi:

Ad sancti et beatissimi Patris Ludgeri, cujus hodie, etc. ut in Comm. j. loco.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Ex libr. 1. de Sermonibus in Monte cap. 6.

Cequæ accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio. Quid putamus, ita esse dictum, sub

módio, ut occultatio tantum lucernæ accipienda sit, tamquam si diceret: Nemo accendit lucernam, et occultat illam? An aliquid etiam módus significat, ut hoc sit pónere lucernam sub módio, superiora fácere corpóris cómoda, quam prædicationem veritatis: ut ideo quisque veritatem non prædicet, dum timet, ne aliquid in rebus corporálibus et temporálibus moléstia patiátur? Et bene módus dicitur, sive propter retributióne mensuræ, qua quisque recipiet, quæ gessit in corpore, sive quóniam temporália bona, quæ in corpore peragúntur, certa diérum mensúra et inchoántur et tránseunt, quomódó fátasse significat módus?

R. Exhibuit. 45.

Lectio viii.

SUB módio ergo lucernam ponit, quisquis lucem bonæ doctrinæ commodis temporálibus obscurat et tegit: super candelábrum autem, qui corpus suum ministério Dei subjicit, ut superior sit prædicatio veritatis, et inferior sérvitus corpóris. Per ipsam tamen

corpóris servitútem excellentior luceat doctrina, quæ per officia corporalia, id est, per vocem et linguam et ceteros corpóris motus in bonis operibus insinuátur etiam discéntibus. **R.** Osténdit.

Lectio ix.

Super candelábrum ergo ponit lucernam, cum dicit Apóstolus: Non sic pugno tamquam aërem cædens, sed castigo corpus meum, et servitúti subjicio, ne forte aliis prædicans, ipse réprobus invéniar. Quod vero ait: ut luceat omnibus, qui in domo sunt, domum puto dictam habitatióne hómínum, id est ipsum mundum, propter id, quod superior ait: Vos estis lumen mundi; aut si domum quisque vult accipere Ecclésiám, ne hoc est absurdum.

Te Deum laudámus.

SEPTIMA DIE INFRA OCT.

S. Ludgeri.

In j. Nocturno, Lectio-
nes de Script. occur.

In ij. Noct. Lect. de
Sermones S. Maximi;
Beati Patris Ludgeri;
mérita, etc. ut in Com.
Conf. Pont. ij. loco.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis
Chrysostomi.

Ex. Hom. 15. in Matth.

SI autem sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Alii enim, etiámsi sæpe delinquant, possunt tamen ad veniam pervenire: si vero hoc magister ipse patiatur, omni satisfactiõne privabitur, et supplicia extrema persolvat. Ne enim audientes: Cum exprobraverint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos: in médium prodire formident, dicit: Quóniam nisi ad ista fueritis parati, frustra etiam proditis in publicum. Non enim vos oportet maledicta hómínum timere, sed laudes: quas si audire cupiatis,

tunc vere infatuandi estis, atque calcandi.

R. Exhibuit. 45.

Lectio vij.

SI vero perseverabitis vosmetipsos undique castigantes, et deinde audieritis mala, gaudete: hoc enim est opus salis, laxa quæque urere, atque restringere. Itaque jam necessário subsequitur maledictio, nihil vobis prorsus incommodans, imo etiam testimoniúm vestræ perhibens firmitatis. Si vero illa timentes, fortitudinem vobis útilem deseratis, multa sævióra patiemini, et mala scilicet audientes, et contempti a cunctis atque despécti: hoc namque est ab omnibus conculcari. Deinde ad aliud eos sublimius ducit exemplum: Vos estis lux mundi.

R. Osténdit.

Lectio ix.

Iterum mundi, non unius profecto gentis, nec viginti úrbium, sed totius orbis lumen tunc perhibentur, et lumen intelligibile, ipsoque sole fulgentius, sicuti etiam sal hoc loco intelligitur spirituále. Prius autem sal pòsuit, deinde lumen

ut discas, quantum sit verbórum uréntium beneficium, quantumque com-
modum honéstæ rectæque doctrínæ. Hæc síquidem stringit ánimos, nec quoquam diffútere permittit, facítque attentius ad lumen virtútis aspícere, ad quam, velut apprehénsa manus, pérrahit audiéntes.

Te Deum laudámus.

IN DIE OCT.

S. Ludgeri.

In j. Nocturno. *Lectio-
nes de Scriptura occurr.*

In II. Nocturno.

Sermo sancti Gregórii
Papæ.

Part. 2. Pastoralis cap. 1.

Lectio iv.

Antum debet acti-
onem pópuli ac-
tio transcéndere
Præsulis, quantum dis-
tare solet a grege vita
pastóris. Opórtet namque,
ut metiri se solícite stú-
deat, quanta tenéndæ
rectitudínis necessitatē
constríngitur, sub cu-
jus æstimatióne pópulus
grex vocátur. Sit ergo,
necesse est, cogitatióne
mundus, actiόne præci-
puus, discretus in silen-
tio, útilis in verbo, sin-
gulis compassiόne próxi-

mus, præ cunctis con-
templatióne suspénsus,
bene agéntibus per hu-
militatem sócius, contra
delinquentium vítia per
zelum justitiæ eréctus,
internórum curam in ex-
teriórum occupatióne
non minuens, exteriórum
providéntiam in internó-
rum sollicitudinem non
relinquens.

R. Inveni David servum
meum, óleo sancto meo
unxi eum : * Manus enim
mea auxiliábitur ei, alle-
lúia. **V.** Nihil proficiet
inimicus in eo, et filius
iniquitátis non nocébit ei.
— Manus.

Lectio v. Cap. 9. et 10.

Considerándum quo-
que est, quia cum
curam pópuli eléctus
Præsul súscipit, quasi ad
ægrum médicus accédit.
Si ergo adhuc in ejus
óperē passiones vivunt,
qua præsumptiόne per-
cússum medéri próperat,
qui in fácie vulnus por-
tat? Ille igitur modis
ómnibus debet ad exem-
plum bene vivéndi pér-
trahi, qui cunctis carnis
passiōibus móriens, jam
spirituáliter vivit, qui
próspera mundi postpó-
nit, qui nulla advérsa
pertiméscit, qui sola in-

térna desiderat. Cujus
intentióni bene cón-
gruens, nec omnino per
imbecillitatem corpus,
nec valde per contumá-
ciam repúgnat spíritus.
Qui ad aliéna cupiéndã
non dúcitur, sed própria
largítur.

R. Pósui adjutórium
super poténtem, et exal-
távi eléctum de plebe
mea : * Manus enim meã
auxiliábitur ei, allelúia.
V. Inveni David servum
meum, óleo sancto meo
unxi eum. — Manus.

Lectio vj. Ibid. Cap. 8.

Unde ipsum quoque
Episcopátus offi-
cium boni óperis expres-
sióne definitur, cum dici-
tur : Si quis Episcopátum
desiderat, bonum
opus desiderat. Ipse ergo
tibi testis est, quia Epi-
scopátum non appetit, qui
non per hunc boni óperis
ministérium, sed honóris
glóriam quærit. Sacrum
quippe officium non so-
lum non diligit omnino,
sed nescit, qui ad culmen
regimínis anhélans, in
ocúltã meditatióne cogi-
tatiónis ceterórum subje-
ctiόne páscitur, laude
própria lætátur, ad ho-
nórem cor élevat, rerum
affluéntium abundántia

exsúltat. Mundi ergo lu-
crum quæritur sub ejus
honóris spécie, quo mun-
di déstrui lucra debúe-
rant.

R. Iste est qui.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii
secúndum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

In illo témpore : Dixit
Jesus discipulis suis :
Vos estis sal terræ. Quod
si sal evanúerit, in quo
saliétur? Et reliqua.

De Homília S. Joánnis
Chrysóstomi.

Ex Hom. 15. in Matth.

Uceat lux vestra :
hoc est, plúrima
in vobis sit virtus,
ac máxime ingens illius
accendátur ignis, et inef-
fábilē omnino lumen ef-
fúlgeat. Quando autem
tam magna virtus fúerit
et clara, latere non pót-
erit, etiámsi mille illam
contégere velit modis
ille qui póssidet. Bene
autem ait, Lumen : nihil
est, quod sic hómínem
fáciat insignem atque
conspícuum, etiámsi ma-
gno ámbitu optet latere,
ut splendor iste virtútis.
Sicut enim ipso sole cir-
cúmdatus, ita útique cla-
rórē cor élevat, rerum
solúmmodo rutilátus

própriæ virtútis emittit, sed supra ipsum etiam cœlum proprio fulgore radiabit.

R. Exhibuit seipsum sicut Dei ministrum, * In multa patientia, in castitate, in scientia, in caritate non ficta, alleluia. **V.** Suscipiebat omnes prædicans regnum Dei. — In multa.

Lectio viij.

R. Inc itaque illos uberiorius consolatur. Et si, inquit, maledicta in vos audientes dolētis: habētis tamen plurimos, quos ad amorem atque admirationem Dei vestro adducātis exemplo. Tunc enim multi erunt omnino mirantes, non utique vos tantum, sed per vos etiam Patrem vestrum. Nec dixit Deum, sed Patrem: conferendæ illis nobilitatis prærogativam, hoc jam nomine largiēdo. Considera, quantum istiusmodi sit commodum, quantum etiam discrimen. Si enim vitis sordēamus, etiāsi nobis nullus obrēctet, erimus omnibus miseriores. Si vero virtutibus splendēre curēmus, vel si totus mundus contra nos maledictis volūerit personare,

erimus omnium beatissimi, atque ad nos trahēmus omnes, qui venire elegerint ad salutem. Omni quidem tuba documenta sunt operum clariora, vitæque munda ipsa est luce fulgentior.

R. Ostendit ex bona conversatione operationem suam, * In mansuetudine sapientia, alleluia. **V.** Potens exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere. — In mansuetudine. Glória Patri. In mansuetudine.

Lect. ix. de Homil. Dom.

DIE 19. APRILIS.

S. Leonis IX. Papæ,

Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont., præter sequentia. Oratio. Da quæsumus. In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

LEO hujus nominis Nonus, ex nobili Francorum prosapia oriundus, Dagsburgensis Comes, ac Tullensis Episcopus, Bruno antea dictus, omnium Cardinalium suffragiis, ac communi fidelium gratulatione, ad sanctissimam

Petri Sedem evectus est, et in ea sedit annis quinque, duobus mensibus, diebus octo. Vir omni virtutum genere, et sacra doctrina eximius: ut Apostolicum hoc munus impleret, nullis laboribus, nullis sumptibus, nullis incommodis pepercit.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nichil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei. — Manus.

Lectio v.

Germániam, et Italiā sæpius, Galliam semel visitavit. Hæbuit novem Concilia, Rhemis, Moguntia, Vercellis, Papiæ, Romæ, ad restaurandos Christianorum mores. Multas litteras ad Imperatores, Reges, Patriarchas, Episcopos, zelo ac pietate flagrantes, scripsit. Legatos ad Imperatorem Constantino-politanum, pro reductione Græcorum, semel atque iterum misit; Berengarium hæreticum semel iterumque damnavit, et Michaëlem Cerularium Patriarcham, insignem schismaticum, anathemate percūlit.

R. Pōsui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio vi.

DUM Romæ ægeret, inter in hebdomada sacrosancta Ecclesia Lateranensi ad Vaticanam, nudis pedibus, noctu, orans, et psallens pergebat. Principi Apostolorum decimam oblationum partem sibi de more competentem, Pontificio Diplomate cessit. Patrimonium suum proprium in erectionem Monasterii impendit: unde etiam quotannis pecunia submitteretur in sumptus Rosæ aureæ, quam Romani Pontifices antiquo et solenni ritu benedicunt. In pauperes et peregrinos effusam liberalitatem exercuit. Sub leprosi forma et habitu Christum aliquando proprio lecto excipit. Denique multis pro Ecclesia laboribus exantlatis, obiit die decimano Aprilis, anno millesimo quinquagesimo quarto, ante et post mortem multis mirā-

culis clarus, ac sepúltus est in Vaticano.

R. Iste est.

In *iiij. Nocturno, Homil.*
Lectio sancti Evangelii.
de Comm.

DIE 23. APRILIS.

S. Georgii

Martyris. Duplex.

Omnia ut in Breviario hac die, ritu tamen dupl. et præter sequi. Lect.

Lectio iv.

Ex Ss. Gregor. Maximo et Gregor. Turon. et monum. apud Baron. et Bolland.



Géorgius inter orientales Mátyres Magninómine commendátus, in persecutióne Diocletiani gloriósam pro Christo mortem súbiit. Cum paulo post sub Constantino pax Ecclésiæ data fuisset, Mátyris memória celebrári cœpit, eréctis sub ejus invocatióne templis in Palaestina prope Liddam, et Constantinópoli: deinde autem in aliis partibus Oriéntis, et póstea in Occidénte célebris fuit erga illum fidélium devótió. Ab antiquis temporibus Christiáni exercitus contra hostes pugnatúri sanctos Geórgium,

Mauritium et Sebastíanum patrónos invocárunť.

R. Lux perpétua.

Lect. v. et vj. Quibus ego vos. quæ est iv. et v. de Comm. Mart. temp. Pasch. 2. loco, cum **R.** v. et vj.

DIE 27. APRILIS.

B. Petri Canisii

Conf. Duplex.

Offic. ut in Append. Brev. pro aliqu. locis hac die.

DIE 12. MAIL.

SS. Pancratii, Nerei, Achillei et Domitillæ

Martyrum. Duplex.

Omnia de Comm. Mart. temp. Pasch., præter sequi.

Oratio.

Semper nos, Dómine, Mátyrum tuórum Pancratii, Nérei, Achillei atque Domitillæ fóveat, quæsumus, beáta solénnitas: et tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

In *j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.*

In *ii. Nocturno.*

Lectio iv.



Dancrátius, in Phrygia nobili génere natus, puer quatuórdecim annórum Ro-

mam venit, Diocletiano et Maximiano Imperatoribus; ubi a Pontifice Romano baptizatus, et in fide Christiana eruditus, ob eamdem paulo post comprehensus, cum diis sacrificare constanter renuisset, virili fortitudine datis cervicibus, illustrem Martyrii coronam consecutus est: cujus corpus Octavilla matrona noctu sustulit, et unguentis delibutum via Aurelia sepelivit.

R. Lux perpétua lucébit sanctis tuis Dómine, * Et æternitas temporum, allelúia, allelúia. **V.** Lætitia sempiterna erit super capita eorum, gaudium et exultationem obtinebunt. — Et.

Lectio v.

Nereus et Achilleus fratres, eunuchi Flavie Domitillæ, a beato Petro una cum ipsa, ejusque matre Plautilla, baptizati, cum Domitillæ persuasissent, ut virginitatem suam Deo consecraret, ab ejus sponso Aureliano tamquam Christiani accusati, ob præclaram fidei confessionem in Pontiam insulam relegantur: ubi ad questionem iterum vocati, et

verbéribus cæsi, mox Tarracinam perducti a Minicio Rufo equiteo et flammis cruciati, cum constanter negarent, se a sancto Petro Apóstolo baptizatos, ullis tormentis cogi posse, ut idólis immolarent, securi percussusunt: quorum corpora ab Auspicio eorum discipulo, et Domitillæ educatore, Romam delata, via Ardeatina sepulta sunt.

R. In servis suis, allelúia. * Consolábitur Deus, allelúia. **V.** Judicábit Dóminus pópulum suum, et in servis suis. — Consolábitur.

Lectio vj.

Flavie Domitilla, virgo Romana, Titi et Domitiani Imperatorum neptis, cum sacrum virginitatis velamen a beato Clemente Papa accepisset, ab Aureliano sponso, Titi Aurelii Consulis filio, delata quod Christiana esset, a Domitiano Imperatore in insulam Pontiam est deportata, ubi in carcere longum martirium duxit. Demum Tarracinam deducta iterum Christum confessa, cum semper constanter appareret, sub Trajano

Imperatóre, júdicis jussu incénso ejus cubículo, una cum Theodóra et Euphrósyna virginibuset collactáneis suis, gloriósi Martyrii cursum confécit Nonis Maii : quarum córpora íntegra invénta, a Cæsário Diácono sepúlta sunt. Hac vero die dúorum fratrum ac Domitillæ córpora ex Diaconía sancti Hadriáni simul transláta in ipsórum Mátyrum Basilicam, títuli Fasciolæ, restitúta sunt.

℞. Filiæ Jerúsalem.

In iij. Nocturno, *Homilia*. Quid est quod régulus. ut in *Breviario hoc die*.

DIE 13. MAII.

S. Servatii

Episc., Conf. Duplex. Omnia de Comm. Conf. Pont., præter sequi Oratio.

DEus, qui dedisti póculo tuo sanctum Servátium prædicatórem : concéde, quæsumus; ut tanti Pontificis intercessióne ab ómnibus ubique liberémur advérsis, et tranquilla prospérité in tua laude lætémur. Per Dóminum nostrum.

Comm. Ss. Pancratii et Soc. Mm.

In j. Nocturno, *Lectioes de Scriptura occurr.*

In II. Nocturno.

Ex S. Athanasio Sulpicio Sever. S. Gregor. Turon. et Actis apud Bolland.

Lectio ib.



Sanctus Servátius, Ecclésiæ Tungrénsis sub annum trecentésimum trigésimum octávum Episcopopus, toto Christiáno orbe Ariána hæresi exagitáto, sanctitáte, doctrína et fidei puritáte mire elúxit. Intérfuit universáli Concílio Sardicénsi, ubi fides Nicénæ Synodi confirmáta est. Contra Ariánæ impietáti assertóres, impiúmque Imperátorem Constantíum iis favéntem constantíssimus perseverávit.

℞. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : * Manus enim mea auxiliábitur ei. *Ps.* Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. — Manus.

Lectio b.

Servátius a Magnéntio, qui enecáto Constante Augústo, Impérium arripérat, míttitur

cum sancto Maximíno Trevirénsi Episcopo ad Constantíum legátus. Alexandríam Ægypti urbem appúlsi, ambo a sancto Athanasio, ejúdem urbis Episcopo, tanquam Præsules de Ecclésiá Cathólica óptime mériti honorífice excépti fuére, uti ípsemet testáto Athanasus in sua ad Constantíum apología. Intérfuit Servátius Concílio Ariminénsi, in quo cum Fæbádio Episcopo Agennénsi pro fide Cathólica fórtiter stetit. Ariánorum fraude ac dolo decépti, doctrínam spécie Cathólicam, re vera Ariánam, professi quidem fuérunt : ast fraude dolóque detéctis, Arianísmum ácrius profligárun, fidémque Cathólicam fórtius propugnárun.

℞. Pósuí adjutórium suum poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliábitur ei. *Ps.* Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio bj.

Barbaris Gálliam invadéntibus, Servátius civitáti suæ métuens, lácrimis corporisque affli-

ctatióibus misericórdiam Dómini obsecrábat, ut pópulum suum a perfidórum nequítia tuerébetur. Eámdem ob causam ad Apostolórum límina intercésor progréditur, ubi respónso coelésti dicitur, cladem ob pópuli delicta consummándam, se tamen illam non visúrum. Revérsus, suis ad poeniténtiam incitátis paulo post Trajécti ad Mosam e vita sancte cessit, anno trecentésimo octogésimo quarto. Fuit, ut sanctus Gregórius Turonénsis Episcopus testáto, Servátius vir eximie sanctitátis, vigíliis et jejúniis assidue vacans; idem ásserit, corpus sancti Servátii magnis suo témpore virtútibus pollére, quæ cum miracúlis ad ejus túmulum, alibique frequentibus, viri sanctitatem cómprobant. Sacrum ejus corpus elevátum et splendídus repósitum est a sancto Hubérto post magnam cladem Saracénis a Cárolo Martélló ipso die festo sancti Servátii inflíctam.

℞. Iste est qui.

In iij. Nocturno, *Hom.* Ut ignorántiam. de *Comm. ij. loco.*

DIE 16. MAIL.

**S. Joannis
Nepomuceni****Martyris. Duplex.****Officium de Comm. unius
Mart. Temp. Paschalicum
Oratione et Lectionibus
ut in Appendice Breviarii
pro aliquibus locis j. loco.**

DIE 21. MAIL.

S. Ubaldi**Episc., Conf. Semid.****Officium ut in Breviario
die 16. hujus. (m. t. v.)**

DIE 24. MAIL.

**B. M. V. sub titulo
Auxil. Christianor.
Duplex majus.****Officium ut in Appendi-
ce Brev. pro aliquibus
locis hac die.**

SUPPLEMENTUM.

OFFICIA NONNULLORUM SS. PATRONORUM
IN ECCLESIIS EORUM PROPRIIS.

DIE 6. FEBRUARII.

S. Amandi**Episcopi et Confessoris.
Omnia de Comm. Conf.
Pont., præter sequ.
Oratio.****D**A nobis, quæsumus,
Dómine, beati Amán-
di Confessoris tui atque
Pontificis, patrocinio ad-
juvári; cujus præcibus
mórtuum ad vitæ lucem
renovásti. Per Dóminum
nostrum.**In j. Nocturno, Lectio-
nes. Fidélis sermo. de
Comm.****In II. Nocturno.****Lectio iv.****R**Mándus patre Se-
réno, matre Amán-
tia fide et genere
claris natus est in Aqi-
tánia sub finem sæculi
sexti. Vix e puritia egrés-
sus, sanctióræ vitæ desi-
derio in insulæ Ogiæ mo-
nastérium se recepít, pa-
tre graváte sentiénte, qui
eum a propósito revocáre
conátus est, minátus se
eum patérna hereditáte
privatúrum, nisi e mona-
stério egrederétur. Astgenerosusadoléscens, ter-
renám parvipéndens he-
reditátem et Christo tan-
tum militáre cúpiens, ut
se a paréntum moléstis
immúnem rédderet, Tu-
rónes ad sancti Martíni
sepúlcrum accessit, ubi
clericátus honórem adé-
ptus, céteris ejúsdem loci
mónachis prælucébat. In-
de Bitúricas venit apud
sanctum Austregísillum
episcopum, cujus jussu
Amándo constrúitur cél-
lula, in qua per annos
quíndecim cinere et cili-
cio tectus mira abstinén-
tia carnem domávit. Ro-
mam deinde proféctus,
cum loca sancta religiósè
obivisset, in Gálliam divi
Petri mónitu propangán-
dæ fidei causa réversus
est. Quo vero majóri au-
ctoritáte injúntum sibi
a Deo munus expléret,
episcopáli ordine insigni-
tus est, nulli tamen certæ
sedi addictus.**R.** Invéni David servum
meum, óleo sancto meo
unxi eum *: Manus enim
mea auxiliábitur ei. **R.** Ni-

hil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei. — Manus.

Lectio v.

MOX infidelibus, maxime qui in Belgio su-
pererant, Evangelium an-
nuntiat. In Menapiorum
et Gandavensium regio-
nibus in primis obstite-
runt gentes inveteratis
erroribus addictae, a qui-
bus incredibiles calamita-
tes perpessus, in flum-
en cum vitae discrimine
praecipitatus, a discipulis
derelictus, non destitit
animam pro fratribus po-
nere, omniaque tandem
pervicit invictus sancti
Praesulis animus, cui et
apud gentes conciliarunt
ingentem venerationem
frequētia miracula. Hinc
ad Slavos aliosque popu-
los, qui provincias Danu-
bio vicinas incolēbant,
transgreditur; cumque in
vastis illis regionibus
aliquamdiu Evangelium
annuntiasset, in Galliam
remeavit. Dagobertum,
Francorum regem, lubri-
cis amoribus prorsus de-
ditum, pro munere suo
intrepide redarguit: qua-
re in exsilium actus, aliis
populis veram fidem
praedicavit. Sed poeni-
tētia tactus Dagober-

tus, Amandum, anno sa-
lūtis trigésimo supra sex-
centésimo cum honore
revocat, filiumque sibi
natum, quem Sigebertum
appellavit, ab eo bap-
tizari voluit.

R. Posui adiutorium
super potentem, et exalta-
vi electum de plebe mea:
*Manus enim mea auxi-
liabitur ei. **V.** Inveni Da-
vid servum meum, oleo
sancto meo unxi eum. —
Manus.

Lectio vij.

Post haec, cum Traje-
ctensium episcopus,
beatus Joannes cognō-
mine Agnus, feliciter
ad Christum migrasset,
Amandus a Rege, Clero
et populo coactus, Traje-
ctensem Ecclesiam reg-
endam suscepit. Famī-
lias tum sancti Bavonis,
principis in Hasbānia,
tum beati Pipini ducis,
ad pietatem instituit. Ad
eum sanctus Martinus
Papa misit acta synodi
contra Monothelitas anno
sexcentésimo quadragé-
simo nono Romae cele-
bratae, ut ab episcopis
Galliarum in unum con-
gregatis subscriberentur,
illum insuper monens, ut
Sigeberto regi suggereret
de mittendis Romam le-

DIE 30. APRILIS.

S. Quirini

Martyris.

**Omnia de Comm. Mart.
temp. Pasch., praetersequ.**

Oratio.

DEus, qui beatum Qui-
rinum Martyrem
tuum virtute constantiae
in passione roborasti :
concede nobis famulis
tuis; ut ejus meritis et
precibus omnium hostium
superatis insidiis, ad so-
cietatem supernorum ci-
vium perveniamus. Per
Dominum nostrum.

In j. Nocturno, Lect.
**Fratres : Debitores. de
Comm. plurim. Mm.**

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Quirinus tribunus
militum cum im-
peratoris jussu
beatum Hermetem Urbis
praefectum in domo sua
in custodia servabat, ad
ejus domum sanctus Ale-
xander Papa primus e
carcere, in quo detine-
batur, pueri ministerio,
qui facem ardentem prae-
ferēbat, prodigiōse edu-
ctus est, ubi filiam Bal-
binam agram sanavit.
Tanto miraculo attonitus
ipse quoque Quirinus ad
fidem conversus est et

ctissimis regni sui Epí-
scopis, qui legatione apo-
stólica fungerentur ad Im-
peratorem, eadem acta
Constantinopolim delatū-
ri. Interim in conversio-
nem infidelium divinitus
accensus, episcopatum
Trajectensem abdicat, ac
denuo gentibus erudiē-
dis, devotis reducendis, et
in fide firmandis conti-
nuo insistit. Plurima mo-
nasteria utriusque sexus
vel ipse erexit vel ab aliis
erecta dedicavit. Tandem
viribus exhaustus apud
Pabulenses in Elnonēsi
monasterio, quod postea
fuit sancti Amāndi, ple-
nus dierum et meritō-
rum, nonagenarius in coe-
lum transmigravit; cujus
sacrum corpus in eccle-
sia ejusdem cœnobii, uti
testamento suo ordinā-
verat, depositum, post
annos sexdecim incorru-
ptum, in nova sancti Pe-
tri basilica reconditum
fuit, ac maximis dein mi-
raculis inclāruit.

R. Iste est qui.

In iij. Nocturno, Homil.
Lectio sancti Evangelii.
de Comm. Conf. Pont.

cum filia sacro baptismi lavacro ablutus. Hinc vero factum est, ut Quirinus iis omnibus, quotquot pro fide Christi victos habebat, libertatem abeundi concesserit. Erant inter illos Evēntius et Theodulus, qui sancto Alexandro adiuncti, exire de carcere noluerunt, sed Deo laudes persolventes martyrii palmam constanter expectaverunt.

R. Lux perpétua lucēbit sanctis tuis Dómine, * Et aeternitas temporum, allelúia, allelúia. **V.** Lætítia sempiterna erit super capita eorum, gaudium et exultationem obtinebunt. — Et aeternitas.

LECTIO v.

BEatus vero Quirinus ob christiānæ fidei professionem ad iudicem delatus, post linguae abscissionem et equulei suspensionem, manu quoque ad pedum detractionem agonem martyrii gladio consummavit, tertio Kalendas Aprilis. Cuius Corpus Christiāni via Appia in cœmetério Prætextati sepelierunt. Sacras ejus reliquias Gepa Abbatissa Novesiensis a

sancto Leóne nono impetratas Roma attulit, et hac die in præcipua Novusii ecclēsia, a sancto Quirino deinceps nominata deposuit: ubi exterrarum etiam gentium peregrinatione honorantur. Cum sæculo decimo sexto violentum et nulla opera domabile incendium urbem ita popularetur, ut quatuor ejus partium vix una superstes esset, et hæc ipsa periclitaretur: flammis tandem extinctis, repertum fuit ad eas aedes substituisse incendium, ubi partem reliquiarum sancti Martyris, paucis ante mensibus heterodoxorum furori subductam, pius civis asservabat.

R. In servis suis, allelúia, * Consolabitur Deus, allelúia. **V.** Judicabit Dóminus populum suum, et in servis suis. — Consolabitur.

LECTIO vj. Quibus ego vos laudibus, quæ est **iv. de Comm. Mart. temp. Pasch. ij. loco.** **R.** Filiae Jerusalem.

In iij. Nocturno, Homil. Iste locus. **ut in Comm. j. loco.**



DIE I. MAIL.

S. Evermari Martyris.

Omnia de Comm. Mart. temp. Pasch., præter seq.

Oratio. Præsta, quæsumus. **j. loco.**

In j. Nocturno, Lect. Fratres: Debitores. **de Comm. plur. Mm.**

In II. Nocturno.

LECTIO iv.



Ustrasiæ monarchiam regente Pipino, Ansegisi ducis ex sancta Begga filio, Evermarum genere clarum edidit Frisia; qui crescentibus cum ætate meritis, relicta patria et rerum fluxarum cupiditate, Compostellam ad sanctum Jacobum devote peregrinatus est. In Austrasiam rediens Sanctorum sepulcra coetusque religiosos quamplurimos invisit. Cumque Trajectum iret ad sancti Servatii sepulcrum, venit prope Tungros ad aditus silvæ, Ruthis nuncupatæ, in qua nocte instante, ne per ignotos anfractus deviare, ad proximam villam, Herstaplia dictam, cum sociis divertit.

R. Lux perpétua lucē-

bit sanctis tuis Dómine, * Et aeternitas temporum, allelúia, allelúia. **V.** Lætítia sempiterna erit super capita eorum, gaudium et exultationem obtinebunt. — Et.

LECTIO v.

HAncvillam quidam tyrannus nomine Hacco incolébat; quo absente uxor ejus virum sanctum gratanter excépit, monens, ut ante solis ortum viam arriperet. Hacco domum reversus, ac de hospitibus, qui apud se pernoctaverant, edoctus, illos inséquitur, ac beatum Evermarum cum sociis atrociter trucidat. Inhumata et per silvam abjecta corpora Pipinus invenit, dum forte inibi venationi instaret, ac debita reverentia terræ mandavit.

R. In servis suis, allelúia, * Consolabitur Deus, allelúia. **V.** Judicabit Dóminus populum suum, et in servis suis. — Consolabitur.

LECTIO vj.

SANCTI Evermari corpus, divinæ revelationis indicis repertum circa annum nongentesimum sexagesimum octavum, Eracilius, Episcopus

Leodiensis, de terra levavit, et in ecclesiam sancti Martini solenni conventu translátum Ruthénibus álterum Patrónum dedit; quam elevationem crebra subsecúta sunt miracula. Exinde in Ecclesia Ruthénsi collégium canonicórum fundátum fuit, et tam in hac, quam in vicina Tungrésia sancti Evermári natalitia Kaléndis Maii solénni Mártyrum Officio celebrári consueverunt.

R. Filiae Jerúsalem.

In *ij. Nocturno, Homil.* Iste locus. ut in *Comm. j. loco.*

DIE 4. MAII.

S. Godehardi


Episc., Conf.

Omnia de Comm. Conf. Pont., præter sequ.
Oratio. Exáudi quæsumus. de Comm.

In *j. Nocturno, Lectio-nes.* Fidélis sermo. *de Comm. Conf. Pont.*

In *II. Nocturno.*

Lectio *ib.*

odehárdu honéstis christianisque paréntibus juxta monasterium Altahénsense in diocési Passaviénsi natus, et prædicti cenóbii scholis sacrárum litte-

rárum morúmque sanctiórum disciplinam hausit. Mónachus ibidem effectús sacrisque initiátus, ádeo virtútibus enituit, ut illi sub se curam ovilis mox abbas committeret. Erat enim, ut prisca monuménta loquuntur, caritáte férvidus, in labóre strénuus, in oratione devótus, meditatióne profúndus, contemplatióne suspénsus, corpore honéstus, corde mundus, sibi rigidus, defectibus aliórum compatiens, humilitáte præcipuus, in paupertáte lætus et in vera nítidus castitáte.

R. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum : * Manus enim mea auxiliábitur ei, allelúia. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. — Manus.

Lectio *v.*

Quamquam diu munus declinásset, Altahénsis abbas ómnium consénsu et plausu renuntiátus, districtiorem reguláris vitæ trámitem cum súbditis sibi frátribus ingredi curávit, atque in tali stúdio per annos octo strénue et indesinenter

semet exércuit. Hinc vária monastéria Godehárdo commissa, quæ ad sancti institúti perfectam observatióne revocávit. Tandem, intervéntu et ópera sancti Henrici, Hildesheiménsis Ecclesiæ Episcopus constitúitur, ubi tamquam lucérna super candelábrum effúlsit, miraculórum dono étiam insignítus.

R. Pósuí adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea : * Manus enim mea auxiliábitur ei, allelúia. **V.** Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio *vj.*

Exácto vitæ currículo, in Vigília Ascensiónis Dómini uti prædixerat, hora matutinális officii, dum chorus cáneret : Ascéndo ad Patrem meum, vir sanctíssimus ad cælos migrávit, anno Christi millésimo trigésimo octávo. Quem in Ecclesia sua sepúltum et signis fulgéntem novis Innocéntius secúndus in Concílio Rheménsi Sanctórum fastis adscripsit. Apud Flandros valde célebris est sancti Godehárdis memória, ad quos dum

júnior honóres declináret, confugisse dicitur, eisque verbum Evangélii prædicásse. Quinimo quod Arnékæ præsidio sacerdotis destitutæ aliquámdiu Christiáni gregis curam égerit, loci fert traditio vetustíssima, ubi quotidie et præcipue inéunte Maio pie peregrinántium ingens fit concúrsus.

R. Iste est qui.

In *ij. Nocturno, Homil.* Ut ignorántiam. *de Comuni ij. loco.*

DIE 3I. MAII.

S. Petronillæ

Virginis.


Omnia de Comm. Virg., præter sequentia.

Oratio. Exáudi.

In *j. Noct. Lect. Devirginibus. de Comm.*

In *II. Nocturno.*

Lectio *ib.*

etronilla virgo toto orbe celeberrima, sancti Petri Principis Apostolorum, ut vulgo créditur, secúndum carnem, aut saltem, ut nonnúlli volunt, secúndum spíritum filia, hoc Petronillæ nómine in sacro Baptismate nuncupáta, ut eam, quam Christo

vóverat, cõrporis integritatem sartam tectamque serváret, mundánas nuptias resúpit et Flacci nóbilis Románi, a quo in uxórem poscebátur, conjugium sprevit.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : * Et dedúcet te mirabiliter dextera tua, allelúia. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua inténde, prospere procéde, et regna. — Et dedúcet.

Lectio v.

UT autem ab importúnis et ardentibus ejusdem Flacci desidériis ac studiis se liberáret, accéptis triduánis ad deliberandum indúciis arte pia, quam virginitátis amor suggésserat, jejúniis et orationibus vacans, Christúmque ardentissime orans, ut eam a terréstris sponsi amplexibus eximeret et ad se advocáret, sanctissimo tértia die Christi cõrporis sacramento refecta, mirábiliter et novo mortis genere obiit, et innocentissimam animam, amóris pótius, quam naturæ motu cœlesti sponso consignávit.

R. Dilexisti justitiam : et odisti iniquitatem. * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, allelúia. **V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. — Propterea.

Lectio vi.

EJus corpus in Cœmeterio illius nómine dicto sepúltum est : quod deinde Paulus, hujus nóminis primus, in sepulcro marmóreo inclúsum hac inscriptiõne munito invénit : Petronillæ, Filiæ dulcissimæ ; illúdq̃ in argentea capsâ recõditum, congregató universo ciero et pópulo, magna et pia pompa in Vaticanum détulit, et in templo ejus nómini dicato, a multis deinde Pontificibus nec non Imperatoribus ornáto, ac præceteris a Ludovico Pio Imperátore, collocávit. Sed tandem in Basilicam Principis Apostolorum, sedente Paulo Quinto, ab Evangelísta Palótto Cardinale translátum est.

R. Afferentur Regi.

In iij. Nocturno, Hom.
Cœlorum regnum. **ut in Comm. non Virg.**

Index supplementi.

S. Amandi Episc., Conf. 6. Febr.	pag. 69
S. Quirini Mart. 30. Apr.	71
S. Evermari Mart. 1. Maii.	73
S. Godehardi Episc., Conf. 4. Maii.	74
S. Petronillæ Virg. 31. Maii.	75



IMPRIMATUR.
Tornaci, die 13 Maii 1903.
Vic. DUREZ, Vic. Gen.



Woodpecker
Meadow Robin
Old world Vireonidae